

¶ De mystica numerorum significatione opus  
sculum; eorum præsertim qui in sacris lit-  
teris vſitati habentur / spiritualē ipſo-  
rum designationem succin-  
ete elucidans.

16984(3)

L-1427722x

**¶ Ad Reuerendum in Christo patrem & dominū/  
D. Germanū Ganayū Episcopum Cadurcensem:  
Iudoci Clichtouei Neoportuensis in librum de my-  
stica numerorum significatione/prafatio.**



Vm diligentī indagine assidue studieris an-  
tiquorum scripta euoluere/& occulta philoso-  
phorum sensa perscrutari/amplissime antistes-  
tam pridem ex illis nosti apud priscos philoso-  
phię cultores numerorū vñm/arcanaq; myste-  
ria magnopere predicari. Et presertim Pytha-  
goram/ celeberrimum suæ ætatis & apud po-  
steros sapientiae amatorem: numerorum præ-  
sidio/multa de rerum naturis/de moribus ho-  
minum/ de supramundanis luculenter edisseruisse. Nempe nō  
tuam fugit insignem amplitudinem: q; numeros pariter pates  
ille fustitiae numerum appellauerit/ ob æquam insuas partes ad  
vnitatem vñq; partitionem. In æqualitate autem: omnis serua-  
tur iustitiae ratio atq; integritas. q; idē quoq; decadem/ nume-  
rorum omnium līmitem/ metam & summam constituerit: reli-  
quos supra eam numeros ex priorum tantum replicatione con-  
flari ratus/ & eam ob rem ip̄i denario magnā dignitatem ascri-  
pserit. q; deniq; impares numeros/formis rerum naturalium: pa-  
res vero/materię analogos posuerit. atq; per hos de sensibiliꝝ/l  
per illos vero de intellectualibus substantiis: philosophandum  
autumauerit. Omitto q; idē/tetragonū/sanctitatis numerū: Ari-  
stoteles vero/quadratū sine vñsuperio nūcupauerit/ ob p̄claras  
silius proprietates: quibus ad supcolestiū substancialiū iuestigā-  
dā naturā subuehi nos debere cōtendūt, quēadmodū per nume-  
ros altera parte lōgiores: sublunariū rerū disquitrēdas conditio-  
nes putant. Deniq; vt paucis agā>nullū aptius p̄sidiū ad diui-  
na humanaq; cognoscenda arbitratī sunt prisci sapientes: q; p̄ nu-  
merorū anagogēn/assurrectionēq; ,qua terris relictis animi in  
sublimē arduarū rerū contemplationē prouehātur/ & itimo obtu-  
tu cœlos penetrēt. ¶ Qz si i hūanis disciplinis philosophica tra-  
ditione numeri tantā habēt energiā/symboliq; sunt rerū cogni-  
tu dignissimaru: putandū ne est in sacris litteris/quarū primi-  
uus author deus est/illos vacare mysterijs/ aut nichil altū ardu-  
umue in se cōtinere? Certe quāto sanctæ scripturæ humanis scien-  
tijs sunt superiores ac digniores; tāto mystica numerorū signifi-

Pythagoras.

Aristoteles

catio i sacris eloquijs/ augustior est et eminētor ea designatlo-  
ne/ quā in doctrīniis humanitatis traditis p̄tēdūt. Neq; id imē-  
rito quidē.nā vt Seuerin⁹ Boetius iquit/Oia quęcūq; a primæ  
ua terū natura cōstructa sunt: numerorū vidētur ratione forma-  
ta. hoc enī fuit p̄cipiale in animo cōditoris exēplar. hinc enī(=  
quit) quatuor elemētorū multitudine mutuata est/hinc tēporū vñ-  
ces/hinc motus astrorū coeliq; cōuersio: oīmq; status/numero-  
rū colligatione subsistit. Disposuit enī deus oia in numero/pon-  
dere & mēsura: qui numerat multitudinē stellarum/ & oībus els  
nomina vocat. Si itaq; voluit sapiētissimus mundi architectus  
hanc sui opificij fabrlcā certa numerorū ratione cōstare: an pu-  
tandū est ipsū voluisse sacras litteras suo benigno Indultu homi  
nibus reuelatas/numerorum mysterijs abditissimisq; secretis ca-  
rere/que spiritualem oculum illuminent/sursumq; pmoueant  
¶ Porro vt cēteros præterea sacros authores/ qui numeros i  
diuinis eloquijs magnū pondus & momētū habere aperire, p̄fis-  
tētū: vnicus nunc citandus est huiuscē rel testis & locupletissi-  
mus et pbattissimus/beatus pater Augustinus: cuius grauitissima  
est apud totā ecclesiā (& merito quidē) authoritas. Is siqdē i ses-  
cūdo libro de doctrīna Christiana: ita de re p̄posita dissēlit. Nu  
merorū(iquit) i peritia/ multa facit non intelligi: trāslate ac my-  
stice posita in scripturis. Ingeniū quippe(vt ita dixerī) ingenuū  
non potest non moueri: quid sibi velit/ q; & Moses et Hellas et  
ipse dominus/quadragesīta diebus ieunauerūt, cuius actionis  
figuratus quidā nodus/nisi huius numeri cognitione & conſy-  
deratione: non soluitur. Habet enim denarium quater: tanq; co-  
gnitionem/omnium rerum itextam temporibus. Quaternario  
quippe numero;& diurna & annua curricula peraguntur. Dñur  
na: matutinis/meridianis/vespertinis/nocturnisq; horarū spa-  
cijs. Annua:vernis/estivis/autūnalibus hyemalibusq; mēsib⁹.  
A tēporū autē delectatione/dū in tēporibus vñlīm⁹: ppter æter-  
nitatē in qua viuere volumus/absīnēdū et lelunādū est. quis  
tēporum cursibus: ipsa nobis insinuetur doctrīna cōtēnendorū  
temporū & appetendorū ēternorū. Porro autē denarius nume-  
rus: creatoris atq; creaturæ significat scientiā. nā trinitas: crea-  
toris est. septenarius autē numerus creaturā indicat: propter vi-  
tā & corpus. Nā in illa:trīa sunt. vnde etiā toto corde/ tota ani-  
ma/tota mente: diligendus est deus. In corpore autem: quatuor  
manifestissima apparent/ quibus constat/elementa. In hoc er-  
go denario / dum temporaliter nobis insinuat: id est quater  
ducitur: caste & continenter a temporum delectatione vñues-  
re/hoc est quadragīta diebus ieunare monemur. Ho clex: quib⁹  
a.ij.

Sap.11.  
Psal.146.

Matt.22

Matth. 17.

Ioan. 21.

persona est in Mose/ hoc prophetia ; cuius personam gerit He  
llas/ hoc ipse dominus monet. qui tanque testimoniū habens  
ex lege & prophetis: medius inter illos in monte tribus di-  
scipulis vidētibus atque stupētibus claruit. Deinde ita queritur/  
quomodo qui quagenarius de quadragenario numero existat:  
qui nō mediocriter in nostra religione sacratus est propter pen-  
tecosten. & quomodo ter ductus propter tria tempora: ante le-  
gē/ sub lege/ sub gratia: vel propter nōmē patris & filii et sp̄itū  
fandi/ adiuncta eminētius ipsa trinitate: ad purgatiū me eccle-  
siae mysteriū referatur/ perueniatque ad centū qui quagita pisces:  
quos tetia post resurrectionē domini in dextrā partē missa coepe-  
rūt. Ita multis alijs atque alijs numerorū formis / quedā simili-  
tudinum in libris sanctis secreta promuntur: que propter nume-  
rorū imperitiā legētibus clausa sunt. Hec Augustinus. cuius ver-  
ba itegro satisque prolixo cōtextu hic cōsulto adducta sunt: vt ex  
illis/ quantū sacramētorū & mystici sensus vīr ille praeclarus nu-  
meris tribuerit/ euadat apertius. ¶ Proinde hoc opusculo elabo-  
raui pro vīribus mysticā numerorū/ quos sacra celebrat eloqua/  
significationē vtcunque explanare: quo et planius illa intelligāti/  
et studiosis via sternatur hoc adminículo atque subiectu nume-  
rorū/ ad diuinā cōtēplāda facilius cōscēdēti. Attamen īgenue fa-  
teor: me nec oēs attigisse numeros quos sacri habent codices/  
nec eorū quos expressimus numerorū significations oēs eluci-  
dasse. Id enī supra vīres nostras esset: & tenuē facultatē. Sed fas-  
tis nobis fecisse vīdemur: si hac quātulacūque elucubratione alijs  
materiā dederimus & occasiōne peruestigādi cōsimili vla sacras  
numerorū hic nō adductorū designationes: aut expressorū hoc  
loco/ ceteras significantias hic nō explicatas. In qua/ numeri su-  
periore collocati margīne: numerū qui eo loco explicatur/ īindi-  
cant. Inferiore vero loco cōstituti: quot habeat mysticas signi-  
fications numerus quisque qui illuc explanat/ insinuat. Ceterum  
hanc operam nostrā tuę p̄estatissimā paternitatē nuncupatam  
dicatāque volumus: vt tui nominis patrocinio autoritatēque sus-  
fulta/fidentius trāseat ad ceteros quibus eā profuturā speranti⁹.  
vtque hoc argumento cogitoscas mē promptissimo esse animos  
ad colēdam/ obseruandamque mīrfice tuam egregiā dignitatē.  
cui cum summopere ob collata in me crebra merita/ & singula-  
rem beneficentiam sim obnoxius: saltem hoc munusculo testifi-  
cer animi in te met̄ gratitudinem/ acceptorum beneficiorū lu-  
gem memoriam/ & assiduam tibi gratificandi promptitudinē.  
Vale litterarum decus ynicumque præsidium. Ex Parisijs/ an-  
no. 1513.

¶ Iudoci Clichtouei Neoportuenis de mystica nu-  
merorum significatiōne opusculum: ad Reuerēdū in  
Christo patrem & dominū D. Germanum Ga-  
nayum Episcopum Cadurcensem.

¶ Quid vītas/numerorum fons & origo: designat. CAP.I.



E mystica numerorū in sacris litteris signi-  
ficatione dicturi: a nullo potius sumere pos-  
semus exordium/ que ab ipsa monade/ prima  
numerorum omnī parente atque radice. Cū  
enī ab ea numerandi ratio ac series suum  
accipiat initium: neque vītate quicque inueni-  
as prius/ anterius/ aut antiquius / a quo pos-  
sis auspicari dinumerandi ordinem: par est  
& ab ea nostrę determinationis desumī principium. Et recte que  
dem, quoniam singulari ac peculiari dignitate/ vītas ipsa in sa-  
cris litteris omnīl designat rerum anthorem atque principiū:  
qui de se ipso attestatur que est alpha & ω/ principium & finis pri-  
mus & nouissimus. sicut tota numerorum quae ex vītate profū  
ditur multitudo: creaturā a deo prodeuntium præfert habitū  
1 & speciem. Siquidem ex vītate sāpius aggregata omnes nu-  
merorū emanant species: hē propinquiores sue origini/ ille ve-  
ro semiotores. & rursum per deductionē in partes/ numeri ones  
reuoçantur in vītatem/ suum primordium: cum vnumquodque  
in ea digeratur ex quibus coalescit & est cōpositum. vt sit vīta  
ipsa numerorū omnium principium per productionem: & finis  
per resolutionem. Ita plane vides omnia ex deo vītico rerū con-  
ditore emanasse: qui fecit coelū & terrā/ mate & ōnta quae ī eis  
sunt. hēc quidē propinquulus: vt quae spiritualia omnino sunt &  
supercoelestia. hēc vero distantius: vt quē materiē feculentiam  
& corporis sustinent crassitē. & omnia rerum genera ad existen-  
tiā deductā: clarū est in suū authorem vt optimū finem et vi-  
tium/ reduci ac reuocari. Rursum vītas absoluta ac munera  
lis: neque ab aliquo suam trahit originem/ quia primaria est. neque  
in aliquid vterius reuocatur: quandoquidē regressionis ordine  
est vītima. Ipse deus itidem neque ab alio sumit ortum: neque ī ali  
ud melius aut potius refertur. Quid enī aut prius deo iuenias:  
aut atque in quod reuocetur? Vītas itē impers est: & in par-  
tes inseparabiles. Sic vīticus deus: & in partes quae ipsū componat  
individuus. Ad hēc/ quotquot ex vītate formantur numerorū  
a. iiij.

species: plures adhuc vnitatis adiectioē possūt hōuē ex ea ena  
scī vt formaticis illiō numerorū potestatis virt⁹: exhaustiū neu-  
tiū possit. Hand aliter adeo efficax est pductrix dei oipotentia /  
vt quorū rerū pduxerit species: iexhausta tamē sit illa oia  
sex virt⁹: et plures isup ad ortū ducere possit/ licet suis numeris  
definierit oia. Insup vnitatis sine numeris esse potest: cum ex ipsis  
nō cōfletur. numer⁹ vero sine vnitate nequaq; potest subsistere.  
Ita deus sine rebus ipsis potest cōsistere. res autem conditae si-  
ne ei⁹ p̄fido: minime. Quod sic exprimit sacer Dionysius i li-  
bro de diuinis nominibus. Et sine uno quidem: multitudo non  
est. erit vero vnum sine multitudine: sicut & monadem āte om-  
nem multiplicatum numerum ponimus. Præterea, vnitas cuiq;  
numero dat vnius denominationem. est enim binarius / nume-  
rus unus: & denarius / & centenari⁹/ nec nō milenari⁹. De⁹ iti-  
dem culq; rei dat subsistētiā: & dei participatione: queq; res su-  
am sortitur & in columnem conseruat existentiam. Quod beatus  
pater Dionysius supradicto loco ita cōprobat. Ceterum vt nu-  
merus omnis: est monadis particeps / & vna dualitas/vnaq; di-  
citur decas & dimidium vnum / & tertium / & declimum vnu. sic omnia / & omnis omnium particula: vnius est particeps. &  
quia est vnum: sunt cuncta que sunt subsistentia. Necq; enī vnu  
illud omnium causa: vnum ex pluribus: sed ante vnum omnes  
omnemq; multitudinem: vniuersq; omnis/ ac multitudinis diffi-  
cilitatum, neq; enim est multitudō: que vnius sit expers. Vnitas 6  
itidem numerum omnem potestate continet: & virtute / omnis  
est numerus. vt radix ramos omnes/ frondes/ flores / & fructus  
ex ipsa proficiscentes: vnicē comple&tūr. & fons omnes riuos  
qui ex ipso profluant: originaria virtute comprehendit. nullus  
tamen illorum est riuulorum: ex ipso emanantium. Sic de⁹ res  
omneis conditas sua cōtinet virtute: & supereminēter est om-  
nia que sunt tametsi natura nichil sit eorum que ab ipso pflu-  
xerūt: cum sit ab omnibus impropotionaliter exceptus. Audi  
sanctum Dionysium p̄dictio loco idem his verbis attestantē.  
Vnum vero de⁹ est: quia omnia vnicē est/ secūdū vnicā emittē-  
tiā vnitatis, omniumq; vnum est causa: nunq; egrediēdo/ dis-  
cedendoq; ab uno. nichil enī ex ijs que sunt: vniuers expers est.  
Deniq; si vnum tollas: neq; totum ent neq; pars aliqua ineq; all  
ud quicq; in rebus. omnia enim in seipso: vnum vniiformiter  
præaccipit atq; cōpleteatur. estq; vnum: omnium veluti elemē-  
tum. Ex his autem & aliis vnitatis proprietatibus que apta  
ratione responsioneq; in deo superdiuine& supereminēter elu-  
cent: perspicuum euadit non ab re vnum censer nomen esse

dei/dignum. Imprimis & insigne. quo sane nomine: in scriptu-  
ris saepius prædicatur/ ob ipsius vnitatem pluralitatē deorum  
exclusoriam/ similiter & simplicitatē. Quod sane inter diuina  
nomina sacratissimus Dionysius postremo collocat loco/ diui-  
neq; extollit: cum ait. Hac nempe ratione/ sacra eloquia diuinis  
tatem totam vt omnium causam: vnius appellatione concele-  
brant. & vnius deus ac pater: & vnius dñs IHESVS CHRI-  
STVS / & vnius atq; idē spiritus/ per excellēs totius diuinæ vni-  
tatis individuū/ eminentēq; simplicitatē, in qua sunt omnia sin-  
gulariter collecta atq; coniuncta: et ante supersubstantialiter cō-  
prehensa. ¶ Vnitatis quoq; commendationem adducit Cassio-  
dorus in fine expositionis prīmi psalmi; dicens. Nec vacat q; do  
minus CHRISTVS est positus in principio numerorum. Vni-  
tas enī specialis/simplex atq; perfecta est: nullus indiget sel-  
pla perenniter manens. a quo fonte multitudo numerorum sic  
egreditur: vt in eam semper q̄uis multiplicata reuocetur. sine  
qua: supputatio nec inchoare quicq; p̄aualeat nec prodire. Me-  
mento autem q; monas licet fons atq; initium numeri esse vi-  
deatur: ipsa tamen non potest numerus dici. Quicquid enim ab  
vno plus est/ sicut ait Nicomachus: tam sit numerabile. Nu-  
merus enim est vnitatis collectio: vel quantitatis acerius ex  
vnitaribus profusus. Hoc autem quod dicimus: nominis quoq;  
ipsius declaratur indicio. Numerus quippe: a numerositate vo-  
catus est. Et sane disciplina numerorum (quam Arithmetici  
dicunt) nec a patribus nostris præcipitut negligenda. Est enim  
verax et immutabilis: et per omnes creaturas pro modulo suā  
quantitatē effusa. Legitur enim in Salomone: omnia in mēsu-  
ra/ numero/ et pondere deum fecisse. Hæc Cassiodorus. Ex qui-  
bus manifestum euadit: præclaras monadis vites ac proprieta-  
tes/ ipsi deo tanta affinitate/ proportionisq; habitudine conue-  
nire: vt non timmerito/ vnum: peculiare dei & singulare nomen  
esse cēseatur/ deusq; vnius appellatione saepius celebret. ¶ Qz  
si percontaris/ quo in loco scripturæ/ deus prædicatur vt vnius/  
& nomine vnius cōmēdatur: protinus se offert illud beati Pau-  
li ad Ephesios verbū. Vnus dñs/ vna fides/ vnu. baptisma/ vnu  
deus & pater om̄: qui est super oēs/ per oīa et in oībus nobis.  
Rursum et in prima ad Corinthios epistola/ superdiuini personis  
eadē appellatio tr̄buitur: cum ait. nobis tamen vnu deus  
pater: ex quo oīa/ et nos in illo. et vnu dñs IHESVS. CHRI-  
STVS: p̄ quē oīa/ et nos in ipsū. Et analogia regulā sequēs: fidēs  
ter adiūge. Et vnu de⁹ sp̄us sanctus: in quē oīa/ & nos in ipsū.  
Ecce vides quamq; diuinatū hypostaseon appellatā vna. nunc  
a.iii.

### Signi.

& deum ipsum communiter cōiuncteq̄ sumptum: audi vnum  
enī nominari a Paulo cum ad Galatas scribit. Deus autē vnus  
est. Et Moses ī Deuteronomio ad cōtū Israel dicit. Audī Israēl:  
dominus deus tuus/deus vnuſ est. ¶ Vnitas itē et vnuſ iſ sacris  
codicib⁹: vniōne plerumq⁹ animorū per amorē pacisq⁹ et cō-  
cordiæ fœdus insinuat. q̄ propriū sit amoris/ colligere pluriū  
animos in vnius volūtatis cōſenſionē: et humana corda in v-  
num coadunare. Vnde propheta hanc vnanimitatē amoris cō-  
mendans: eam vnius designat vocabulo/cum ait. Ecce q̄ bonū  
& q̄ ſocundū: habitare fratres in vnuſ. Et alio loco. Deus qui iſ  
habitare facit vnius moris in domo. Dominus item per pro-  
phetam promittens se animorum concordiā filiis Israel indul-  
turū: ait. Dabo eis cor vnuſ et viam vnam: vt timeant me vni-  
uersis diebus. Apostolus quoq; ad mutuā charitatē fraternitas  
tis Ephesios exhortans dicit. Solliciti seruare vnitatem spiritus  
in vinculo pacis. vnuſ corpus et vnuſ spiritus: ſicut vocati eſtis  
in vna ſpe vocationis vefrā. Deniq; vt p̄mitiuæ et naſcētiſ  
ecclesiæ mira charitas/fidelit̄q; vnanimitas in domino per a-  
moris vinculum exprimeretur: in actis apostolorum scriptum  
eſt. multitudinis autem credentiū erat cor vnuſ et anima vna.  
Eſt itaq; vnitas veræ dilectionis symbolū/& mutuū amoris ex-  
preſſio. quæ ſane ſignificatio: neq; a diuina proprietate aliena  
eſt. Deus enim charitas eſt: omnia colligens/vniens omnia/ et  
ad ſe in vnum reuocans/ omnia continens & ſaluans vniſſa  
ſua virtute. Contra vero/diſſidiū/odiū/ discordia/ ab vnitate &  
deo penitus abhorrens: perdit omnia et diſpergit/ quæ colle-  
cta ſunt diſpici/ quæ vnta diſiicit/ quæ fortia demolitur/ quæ  
ſolida conſiſtingit/ quæ duratura videtur cōmīnuit et diruit. Ma-  
gna certe eſt huiusce per amorē vnitatis virtus: quæ a caelo eſt  
& homines deo conglutinat. Ediuero tetra discordiæ labes ab  
inferno lacu in hemiſū exitiū emissa: cædes et ſera bella mouet.  
Proinde conſpicuū eſt: in vnitate: perfectionē/ quietē/ ſalutēq;  
cōfifteſſe. quēadmodū in multitudine: imperfectionē/ moleſtitā et  
confusionē plerumq; eſt inuenire. quod nō ſubticit euāgelio  
ſcribi o qui Marthæ dicitur. Martha Martha ſollicita eſt et turbas-  
tis ei ga plurima. Porro vnuſ eſt neceſſariū. Et bono quidē iure  
neceſſariū. vt ſine quo/multitudine eſſe ſaluariq; nō poſſit. Non  
enī vnuſ a multis: ſed multa ab uno enaſcuntur. Fecit enī deus  
ex vno: oē gen⁹ hoīm ihabitare ſup vniuersā faciē terrā. Et ne-  
ceſſitas naturæ eſt (quēadmodū in primo lib. de fide orthodoxa  
aut Damascenus) vnitatē: diſtatis eſſe p̄cipiū. Et ſacer Dlony  
q̄. Nulla dualitas p̄cipiū eſt: vnitas vero dualitatis erit iſſiū.

### Nume.

Videmus itē regno/vnuſ p̄cipiē totiſ regni gubernacula redde  
moderari/in exercitu: vnuſ duce/in domo: vnuſ patrē familiās/  
oia gerendi bellū aut gubernandæ domus obire munera/ & in  
nauī moderanda: nauarchū vnuſ cæteris præfeſſe. vt exinde in-  
telligamus clamante natura/et arte attestante: vnum eſſe totius  
mundi p̄cipiē/quo continentur et regūtur oia; atq; in quē ſin-  
gula tendunt. cuius vnitas numeralis propemodū eſt ſymbola.

¶ Quid binarius in ſcripturis inſinuat.

3

Cap. II.

Inari p̄cipiū diuifionis ac multitudinis/pri-  
mūq; vnitatis getmē/genimen et foetus: imprā-  
mis p̄cipiū nobis mādatorū dei ſacrū nu-  
merū exprimit/de quibus in euāgelio legim⁹.  
**B** Diliges dominū deū tuū ex toto corde tuo: & i  
tota anima tua/ et in tota mēte tua. hoc eſt ma-  
ximū et primū mādatū. Secūdū autē ſimile eſt  
huius. Diliges proximū tuū ſicut teipſū. In his duobus mādatiſ  
vniuersa lex p̄det et prophetæ. Si enī denarius numer⁹ ſacra-  
tus habetur q̄ decalogū ſignificat decēq; p̄cepta/digito del-  
tabulis Mosaicis ſcripta: cur ſimili ratione nō celebrabi nus bi-  
nariū/ maxima illa duo p̄cepta metientem: quæ decē illa la-  
tius explicata in ſe cōplicat ac cōvoluunt. Qui enī diligit pro-  
ximū(ait Paul⁹) legē impletit/ & q̄ plenitudo legis eſt dilectio.  
Rede itaq; appellabimus binariū:charitatis/ dilectionisq; nu-  
merum. q̄ duo charitatis p̄cepta contineat/ et eorū exprimat  
numerū inter quos haberi charitas debet & dilectio. quæ ſane  
inter pauciores q̄ duos heberi neutiū poſteſt: ut pote diligenter  
& eū qui diligitur. tametsi reciprocus faciat amor: vt qui diligis-  
tut mutuo diligat: & ediuero diligens diligatur. Id plane at-  
ſtatur Gregorius exponens illud Lucæ euangelium. Designa-  
uit dominus et alios ſeptuaginta duos: et misit illos binos an-  
te faciem ſuam in omnem ciuitatem et locum/ quo erat ipſe vē-  
turus. cum ait. Ecce dominus noster binos in p̄dicationē di-  
ſcipulos mittit. Quia enim duo ſunt p̄cepta charitatis dei: vi-  
delicet amor dei & proximi/ et minus q̄ inter duos: haberi cha-  
ritas non poſteſt. Nemo enī propriæ ad ſe metipſum/ charitatē  
habere dicitur: ſed dilectione ſe in alterum extendit vt eſſe cha-  
ritas poſſit. Binos itaq; ad p̄adicandum dominus diſcipulos  
mittit: quatenus hic nobis tacitus innuat/ quia qui charitatem  
erga alterū nō habet: p̄dicationis officiū fufcipere nullaten⁹  
debet. Hāc ob rem cōmendatur hic numerus ſocietatis & mu-  
tui amoris ab Ecclesiaste: cum ait. Melius eſt duo: eſſe ſimil q̄  
vnuſ: habent enī emolumenū ſocietatis ſuae. Si vnuſ cecidit;

ab altero fulgetur. Vt soli; quia cum cedderit non habet subleuantem se. Et si dormierint duo: fouebuntur mutuo. Unus quomodo calefiet; et si quispiam præualuerit contra unum: duo resistunt ei. Quo quidem in loco per unum & solum apte is intelligi etiam posset: qui dūtaxat ad seipsum amore afficitur/ neq; alteri dilectione coniunctus est/ solā suā propriā utilitatis habet rationem/ et omnia proprio metitur commodo. quoniā qui talis est: sapienter in calamitates/a quibus nemine habet se subleuantem/ & pressus erumnis; omniū destituitur auxilio. Et quoniā fecundus coniugalē potissimum mutuo amoris, coniugalis glutino conseruatur/ & reciproca viri ad uxore dilectione: exprimitur et hoc numero sancta nuptiarū societas a domino/cū ait. Erunt duo in carne una. ¶ Afferit et Cassiodorus alteram binarij rationem in calce expositionis secūdi psalmi/dicens. In hoc autem secundo numero/ quia ex duabus monadibus pulchre compositus est: aptissime duas naturae inconfusa atq; perfectae in una persona sunt positi domini CHRISTI. Quartū una est qua regnat; altera qua ministrat. prima creatrix posterior creata. Et ideo quae assumptis: impassibilis, quae vero est assumpta: passibilis. Nam sicut patres monent: demus intuicias carni/miracula diuinitati, discernamus intellectu naturas: & noxios vitemus errores. Diuinitas enim sic sibi humanitatē adunavit: ut nullaten⁹ cū humanitate cōfidi possit/ sed vtraq; inconfusa & adunata permaneat. Quia licet incarnationis dispensatio post resurrectionem glorificata sit: tamen in humanitatis veritate permanit. Hæc Cassiodorus. ¶ Insuper binarius in sacrī litterī plerūq; numerus est distinctionis honorū amabilis/divisionisq; eorū ab initio et ditemptionis in iusto dei iudicio: quo bi ad mortem/ illi vero ad vitam destinantur æternam. quod nobis innuit sermo ille euangelicus apud Matthēū. Tunc duo erūt in agro: unus assumetur & unus relinquetur. Duæ molētes in mola: una assumetur & una relinquetur. Duo in lecto: unus assumetur & unus relinquetur. Siquidē dualitas: partitionis/ dissectionisq; in omni disciplina censetur numerus/ quo apte sit oppositarum inter se rerū distributio. Itaq; iustorū ab iniustis/electorū a reprobis/ & honorū a malis disseparatio: haud incongrue hoc numero insinuat in superiore dicto euangelico, vbi per eū qui assumetur: recte intelligitur iustus/in extenso illo examinē ascendens ad gloriam. Et per eū qui relinquetur: accipiens est reprobis/in die iudicii deserendus a deo et relinquentus in poenam æternam interminabileq; suppliciū. Vnde duo dūtaxat iudicandorum in illo distributione.

die depromuntur ordines in euangelio: quorum hi ad dextram statuendi dicuntur iudicis/ illi vero ad sinistram . ¶ Porro beatus Augustinus in expositione psalmi centesimi tricesimi secundi/ perh̄bet in supradicto verbo euangelii tres continent particulas/ insinuari tria hominum genera qui nunc versantur in ecclesia: & cuiuscōrum horum aliquos electos & bonos fueniri/ alios vero reprobos & malos. Siquidem in agro sunt (iquit) qui gubernant ecclesiam / & vineam illam domini electam excolunt, quēadmodum beatus Paulus: dicens de seipso. Ego plantau/ Apollo rigauit / deus autem incrementum dedit . In lecto vero dicuntur esse: qui amant quietem diuinæ contemplationis/ & ab huius seculi turbine fluctibusq; semoti: in tranquillitate & ocio seruiunt deo. Deniq; in molendino esse dicuntur; qui vitam huius mundi negociosam sectantur / soliciti sunt & turbantur erga plurima. instar molētū/dua vertigine se rotantis : vanis & inquietis actionibus occupati ac distenti. Hos autem tres hominum status contineri dicit ibidem Augustinus in tribus praecelsis viris ab Ezechiele nominatim expressis: cum ait. Cum misericordia dominus gladium in terram/ & si fuerit in medio eotū Noe/ Daniel & Iob: non liberabunt filios neq; filias/ sed ipsi soli salvi erunt. Nempe illi tres/ iam olim liberati erant propter suam iustitiam: sed per eos designātur tres supradicti hominū ordines. Etenim Noe significat rectores ecclesiæ: quia ipse arcām (q; typum gerebat ecclesiæ) in diluvio gubernauit. Daniel vero vitā quietam elegit: & in coelibatu seruire deo/ eos insinuans qui intentis quietudine secretius deo vacant . Demum Iob vxorem habens & filios/ amplasq; diuitias : eos indicat qui actionibus huius mundi exercentur. Itaq; Noe: assumendos de agro / Daniel: de lecto/ & Iob: de molendino recipiendos in gloriam designat. Quid autem prohibet & per Abraham (qui multarum gentium pater fuit: & princeps synagogæ) primos itidem intelligi/ per Isaac meditationi intentum: secūdos/ & per Jacob multis seculi casibus exercitum/ colugibusq; & liberis occupatū : tertios accipi: ut merito deus Abraham/ deus Isaac & deus Jacob dicatur; qui omnium assumendorum generaliter deus est. ¶ Sed nūc ad rem ppositam regrediamur, hanc sane cuius modo minimum honorū a malis diuulsionē atq; seclusionē/ facia nobis eloquia adumbrate patefactūt: per antiquorum patrum filios diversam sortitos conditionē/ licet itidem forent parentibus orti. Eniuero Adam duos habuit filios. Cain & Abel: hunc fūlū illum reprobum , Noe itidem ex tribus filijs duos habuit benedictionis paternæ hæredes ; tertium vero maledictione per-

citum, ut inter eos etiam perspicua sit haec in geminam sortem dissectio. Ad hæc, Abraham habuit Hismaelem/cū ancilla ma-  
tre eiectum domo paterna: neq; hæreditatem consecutum, &  
Isaac paternæ substantię sicut & virtutis hæredem: in quo vo-  
catum est ei semē reprobationis. hic autē libera matre æditus:  
libertatem gratiae præsignauit in nouo traditam testamento/  
per ipsum insinuato. sicut per vernaculum & filii ancillæ: per-  
hibet beatus Paulus figuratum esse vetus instrumentum. vt per  
hunc quem describimus numerū: etiam gemini testamenti ex-  
promatur sors atq; conditio. Deniq; Isaac progenuit Jacob: di-  
fectum deo, & benedictionis filium, et Esau: odiosum deo/ atq;  
maledictioni obnoxium. Vides igitur per horum quatuor pri-  
scorum patrum Adæ/ Noe/ Abraham & Isaac filios: bonoru/mas-  
lorumq; discrepantiā & dissidium aperte patefieri, & per Abel/  
Sem & Iaphet/ Isaac & Jacob: figuratos esse bonos, per Cain  
vero/Cham Hesmael/& Esau: designatos malos. qui ab hisdem  
(a quibus boni) parentibus exorti: q; maxime a fratri suorū bo-  
nitate desciuerunt. His itidem respondet Ecclesiasticus dicens.  
Contra malū: bonum est & contra vitam mors / sic & cōtra vi-  
tum iustum: peccator. Et sic intuere in omnia opera altissimi.  
Duo contra duo: & vnum contra vnum.

**S**piritualis ternarij in scripturis intelligentia. Cap. III.  
**T**unc vero ad ternarij explanationē nos vocat natu-  
ralis ordo numerorū: qui sane sacratissimus est ī di-  
uinis scripturis/ propter trisubstantiū personarū ex-  
pressionē eo numero fieri solitā. sicut & diuinę sub-  
stantię simplicitas īdīividua: vnitate dicta est expli-  
cari. quis & ipse diuinę personę supra omnē numerū eminen-  
tissime consistat. sicut & augustissima deitas/ vnitate est longe  
superior. Attestatur id ipsum sacratissimus pater Dionysius pri-  
mo capite de diuinis nominibus dicens. Quocirca in omnibus  
ferme sanctis libris aduertimus diuinitatē sancte prædicari. vt  
singularem quidem atq; vnicam: ob simplicitatem atq; vnitati-  
tem excellentis illius īdīividui/ ex quo velut vniifica virtute ī  
vnum euadimus/ diuiduisq; nostris alteritatibus supra nunda-  
num modū congregatis: ī diuinam monadem atq; vniōnem  
deum imitantem colligimur. vt trinitatem vero: propter diuinę  
fecunditatis in tribus personis expressionē / ex qua omnis pa-  
ternitas ī celo & ī terra est & nominatur. Idem quoq; ī vlti-  
mo eiusdem operis capite dicit. Idcirco & vnitatis ac trinitatis  
appellatione celebratur: quæ est super omnia deitas. neq; vnitatis  
neq; trinitas: aut a nobis aut a quouis alio cognita est. verum

vt et ineffabilem ipsius vñionem & diuinam fecunditatē cele-  
bremus: trinitatis atq; vnitatis sacratissima appellatione/ omne  
nomen excedentem appellamus: subsistentibusq; supersubstā-  
tiale nominam. Porro nulla monas aut trinitas/ neq; nume-  
rus/ neq; vnum/ neq; fecunditas/ neq; aliud quicq; conditū/ aut  
creaturæ aliquid cognitū: arcanum illud (quod sermonem omnē  
& intelligentiā superat) summę deitatis/ quæ super omnia altis-  
simis eminet/ aperit. neq; nomen ipsius est/ neq; sermo: sed inac-  
cessibilis emicat. Et ne ipsius quidē bonitatis quasi cōgruū illi  
nomē offerim⁹: sed affectu ac desiderio aliquid de ineffabili na-  
tura illa intelligendi ac dicendi: reuerentiæ plenū imprimit illi  
nomen dedicamus. In quo tamen a Theologis nō dissentim⁹:  
sicut multum a rerum veritate destituamur. Hęc diuinus Dio-  
nysius. ¶ Porro hulusmodi triū ī deitatem personarum expressio  
per ternarium facienda/nobis īm̄olucro quodam & velamen-  
to imaginis adaperitur in Genes: cum resurget dominus appa-  
ruisse Abraham ī cōuale Mambre/ sedenti ī ostio tabernacū  
sui ī ipso seruore diei. Cūq; eleuasset (Inquit scriptura) Abra-  
ham oculos: apparuerunt ei tres vīri stantes prope eum. Quos  
cum vidisset/ cucurrit in occursum eorū de ostio tabernacū sūt:  
& adorauit in terra/ & dixit. Domine si inueni gratiam ī ocu-  
lis tuis: ne transeat seruū tuū. sed afferā pauxillū aque: & lauen-  
tur pedes vestrū/ & requiescite sub arbore. Ponamq; buccellam  
panis/ & cōfortetur cor vestrum: postea transiblitis. Idcirco enī  
declinastis ad seruū vestrū. Vbi p̄lmū ab Abraham habitus est  
sermo singularis/ & tanq; ad vnicū factus: postea vero in plura-  
lem cōmutatus est/ & multos compellantē. vt per illum: singu-  
laris & vnicā designetur deitatis essentia/ per hunc vero: diui-  
narum pluralitas personarū. quarum numerus (vt ita dixerim)  
per tres vīros apparentes Abraham: in ēnigmate & vmbra ipsi  
reuelatus est. Verum cum discussa nocte dīes illuxit legis euā-  
gelicæ: iam posito velamine vmbrelliū figurarū/ eodem diui-  
næ personę/ & numero suo & nomine dilucide sunt expresse: cū  
dicit dilectus deo discipulus in prima epistola sua catholica.  
Tres sunt qui testimoniu dant in cōculo: pater/ verbum & sp̄it  
tus sanctus. & hi tres: vnum sunt. quo testimonio nichil conse-  
ctus est aut apertius: ad vnitatem deitatis & personarum cōn-  
tatem expromendā. ¶ Insuper ternarius/ earū est præcipuarum  
virtutum numerus: quę nos ad deum proxime subuehūnt/ atq;  
a terrenis ad cōlestia erigunt animos/ sine quarum connexio-  
ne & agglutinatione: non est homini salus. et quæ vbi assunt:  
salutis/ authore deo/ munus afferunt. Sunt autem tres illę virtu-

**6** cōfiteamur. **¶** Deniq; vt paucis concludā: ternariū pfectiōnēs est numerus atq; cōplemēti ī rebus, quādoquidem res omnis perfecta absolutaç; trībus potissimū constat: principio/medio/ & fine. & vbi hēc tria perspecta sunt: id/omne/perfectumq; iure nominamus. vt īnde vulgata sit apud omnes sentētia: q; de trībus dicimus omne. & quicquid perfectum est: id trīnum etiā cōspiciatur/ quo ipsius summi ētis & vnitī pro modulo suā rationis referat imaginē. Q uia enī omnia ab uno itidē & trīno suūmū sortiuntur exortum: ipsius vnitatis & trinitatis ī se īsistam quoquo modo seruant expressionē atq; effigiem. vsq; adeo omnia suo primo authori ītūntur suapte natura assimilari: vt ī oībus suis opībus cognoscāt artifex/& ī sua fabrica architectus. Siquidē tota temporis mensura ternario cōcluditur: vt pōste p̄tērīto/ p̄sēnti & futūro. Omnis item magnitudo trībus cōtineat generib;: linea/ supficle & corpore. quarū corpus/qua perfecta est moles; tria fortitū iterualla/longitudinē/latitudinem/& crassitatem. Insuper triplex assignatur anima corpus vītificans: vegetatiua/ sensitiua/ intellectua. quarum postrema/ trībus insignitur vīrib;: memoria/ mente/ voluntate. Deniq; omnis substantia sensibilis trībus coalescit: materia/ forma/ & vtriusq; compage. Verū hēc ex philosophia naturali amplius sunt perquirenda.

**¶** Quid sacramenti quaternariū contīnet.

Cap. IIII.

Vaternarius ī sacris librīs magnē dignitatis habetur numerus: q; quatuor illos celestes scribas / & verborū operūq; domini nostri cum ī terris diuerſaretur spiritu sancto dīctante cōscriptores/potissimū īſinuat: sanctos īquā euāgelistas/ Mattheū/Marcum/ Lucā/Ioānē. Q uis enī multi conatī sint (vt attestat̄ beatus Lucas) ordinare narratiōes rerū que ī nobis cōpletē sunt de dño nostro/ & euāgelicā cōtexere historiā: soli tamē isti quatuor diuīa ordinatiōe delecti sūt ad hoc scribēdi euāgeliū officiū/ & multo ante diuersis figuris p̄esignati. **¶** Primo siquidē per quatuor flumīna: de paradiso voluptatis profluentia/ & ī totam terram diffusa. quēadmodum meminit liber Genesios. Fluūlus (Inquit) egrediebatur de loco voluptatis ad irrigandā paradisū: qui īnde diuiditur ī quatuor capita. Quid enī fluūlus iste paradise egressus altū mystice designat: nīl dominum nostrum/ a summō cōelo per naturae noīræ susceptionem egressum/ ad irrigandam verbo doctrinæ & baptisnali lauachro ecclesiā! Et is ī quatuor

### Signi.

1. Corin. 13. tes: qvulgo theologice dicūtur: & dñuio p̄fētātū īdultū: fides/ spes/ & charitas. de quib; apostolus ad Corīthios scribēs īquit. Nunc autem manent fides/ spes/ & charitas: tria hēc. maior au tem horū: charitas. vt merito hic sit virtutū funiculus triplex: qui secūdū Ecclesiastē difficile rumpit. **¶** Designantur & ter nario: leges a deo homīnibus traditae ad vitē formationem/ & rectam viuendi formā. quarum prima fuit lex naturae: a mundi productione ad Mōsem vīsq; locum obtinens. Secūda: lex scri p̄a/ Mōsi tradita & ad Christum vīsq; vim & efficaciā sortita. Tertia vero: lex gratiæ & euāgelica/ ad finem vīsq; mundi du ratura. Q uis si cuiq; earū mysticum assignaueris diem: primū qui dem legi naturali/ secundū Mosaicæ/ & tertium euāgelicæ: vi debis aperte Christum pro sua benignitate tertia die nos visi tastasse/ per exortum ab alto & noīræ infirmitatis susceptionem. quēadmodum per Oseę prophetam fuerat p̄nunciātum. Vi uificabit nos (Inquit) dominus post duos dies: in dīe tertia su scitabit nos/ & viuemus ī cōspectu eius/ sclemus/ sequemurq; vt cognoscamus dominū. Vbi nouissima tēpora: tertiæ dīei appellatione significantur. quoniam nō primis neq; medijs/ sed no uissimis temporib; propter nos homo factus: naturam noīrā lapsam reparauit. **¶** Comprobat supradicta Cassiodorus: ī p̄cipio explanationis tertij psalmi dicens. Tenere illum locū ter tiū/hunc psalnuo oportuerat: qui & sanctæ trinitatis potentia & triduanæ resurrectionis ī se mysteria continet. Et ī conclusiōne eſuldem psalmi ait. Nunc cōsyderemus quēadmodū cōleſtis philosophiæ verus ordo prolatus est: vt primus psalmus Christi domini moralem/secundus naturalem: id est substantiā humanitatis & deitatis/tertius de resurrectione īptus loquens: īspectiuam quodā modo contineat partem. Quæ ratio per omnes scripturas diuīas decurrit. Inde & Isaac patriarcha tres p̄teos fodit: demonstrans p̄cepta domini doctrinā triplīci cōtinēti. Sic & sapiētia monet: vt describamus eam nobis ī corde tripliciter. Hūiū autēm psalmi calculum edocet sancta trinitas: quæ licet naturam habeat inseparabilis vnitatis/ trībus tamē eam manifestum est constare personis. Hēc Cassiodorus. **¶** Demū ternarius explanat nobis mysteriū triduanæ Christi sepulture: de qua figuram adducens dominū noster/ alt ī euāgello. Sicut fuit Iōnas ī ventre ceti trībus diebus & trībus noīrībus: sic erit filius homīnis ī corde terre trībus diebus & trībus noctib;us. Et tertia dīes: glorię resurrectiōis merito assignatur. sicut prima: ignominię passionis. secunda vero: quieti ī se pulchro. vt recte tertia die Christū a mortuis resurrexisse: & ple

Osee. 6.

Cassiodorū

Gene. 26.

Prouer. 22.

Matth. 12.

4.

Lucas

Gene. 2.

starum per ipsas pronunciatio[n]es & figuræ dinoscatur aperte sua  
 2 veritas respondere. ¶ Præterea, quaternarius præcipuar[u]m qua-  
 tuor virtutum (quas cardinales vocant) dignitatem & numerum  
 peculiarter exprimit: fortitudinis inquam / temperantie / iu-  
 stitiae & prudentie, quas Stoid: officioru[m] omnium fontes ponunt.  
 nostri vero primarias / principalesq[ue] astrictu[t]: ad edomandas ant  
 mil perturbationes & vitam secundu[m] recte rationis leges degen-  
 dam. Quas in libro sapientie octauo capite nominatim expre-  
 sisse videtur Salomon: cum ait de ipsa vniuersali / legitimaq[ue] lu-  
 stitia. Sobrietatem & sapientiam docet / & iustitiam et virtutem:  
 quibus utilius nichil est in vita hominibus. Vbi nomine sobrie-  
 tatis: temperantia eius genus accipitur, nomine sapientie: pru-  
 dentia / quae est ut quædam sapientia circa agibilia. unde pru-  
 dentes / viros sapientes vulgo dicimus: & imprudentes atq[ue] in-  
 consultos / insipientes. Nomine vero iustitiae / intelligitur iustitia  
 particularis et æquitas: cuiq[ue] quod suum est reddens. Demum  
 nomine virtutis: fortitudo designatur / non quidem corporis sed  
 animi contra terrores constantis robur. Ad quas sane quatuor:  
 cæteras omnes virtutes ad componendos mores assignari ab  
 alijs solitas / reduci volunt. Eisdem beatus Gregorius moralem  
 meditans expositionem / quatuor fluminibus paradisi (quorum  
 superius facta est mentio) comparat: cum ait. Quatuor flumi-  
 nibus de paradyso egredientibus terra irrigatur. solidum ratio-  
 nis nostræ edificium: prudentia / temperantia / fortitudo / iusti-  
 tia continent, quia his quatuor virtutibus: tota boni operis stru-  
 ctura consurgit. Quatuor flumina paradisum irrigant / quia d[u]c  
 his quatuor virtutibus cor infunditur: ab omni desiderioru[m]  
 carnalium estu temperatur. ¶ Astipulatur supradictis & Cassiodor[u]m  
 dor[u]s: in conclusione expositionis quarti psalmi haec in com-  
 mendationem quaternarij edifferens. Admonet etiam numerus  
 iste quaternarius: ut eum mundo prædicatum virtute eu-  
 angelica sentiamus. Congruum siquidem fuit ut cunctus terrar[u]m  
 ambitus in quatuor cardinalibus constitutus: saluatori domino  
 credere moneretur. quatenus de diuersis gentibus aduocata:  
 yna fieret totius orbis ecclesia. Nam & quatuor partibus: annus  
 ipse distinguitur, quatuor ventis cardinalibus: totius orbis ina-  
 ne perflatur. Quatuor etiam virtutibus: animi dignitas com-  
 paratur: id est prudentia / iustitia / fortitudo & temperantia.  
 Quem calculum Pythagorici tanta laude prosecuti sunt: ut eum  
 sacrum esse faterentur. Hæc Cassiodorus. ¶ Præterea quaterna-  
 rijs in scriptura interdum corporis nostri quod corrupti h[ab]ent  
 notam gerit & expressionem: quia ex quatuor coalescit elemen-

Sap. 6.

Gregorius

Cassiodor[u]

b.j.

## Signi.

capita / fluminaq[ue] capitalia d[omi]nus est: quia quadrifido euâge-  
 listarum cōtextu / fluente doctrinæ eius & miraculorum opera /  
 in toto terrar[u]m orbe aridas hominu[m] mentes irrigant. & ad pro-  
 ferendum fideli bonorumq[ue] operum fructu[m]: eas largiter fœcun-  
 dāt. vt nō solum in ore duorum vel trium / sed istorum quatuor  
 testium: stet omne actionum Christi & doctrinæ verbū. Secū-  
 do. figuratum traditur hoc numeri euangelistarum sacramen-  
 tum in quatuor patriarchis p[ri]ncipallib[us]: sepultis in loco qui de-  
 nominatus est Cariatharbe / id est ciuitas quatuor. vt vicesimu[m]  
 tertiu[m] Genesios caput cōmemorat: q[ui] hi quatuor sunt p[re]cipui  
 noui testamēti patres: in euangelli cōscriptione. Tertio, in qua-  
 tuor circulis arcæ testamenti: de quibus meminit Exodus ca-  
 pite vicesimoquinto. q[ui] arcam veram testamenti noui suis scri-  
 ptis euangelicis vehant: illiusq[ue] mysticæ fint quadrigæ. Quar-  
 to. in quatuor pedibus mēse propositionis: de quibus proxime  
 dicto loco etiā fit mētio: Quito, sacratus iste numerus euange-  
 listarū designatus creditur / in quatuor cornibus altaris holos-  
 caustorum: de quibus sermonē facit Exodus capite vicesimo  
 septimo. Sexto, in quatuor ordinibus lapidū rationalis: quoru[m]  
 determinationē habet Exodus capite vicesimo octauo. Septi-  
 mo, in quatuor deambulatorijs domus Salomonis: de quibus  
 pertractat tertius liber Regii capite septimo. Octauo, in quatuor  
 animalibus Ezechiel propheta in visione ostensis: vt ipse  
 primo capite testatur. Nono, in quatuor ventis mortuos viui-  
 ficantibus: de quibus agit Ezechiel capite tricesimo septimo.  
 Decimo, in quatuor minimis terræ: quæ tamen præ ceteris fa-  
 pientia sunt. vt dicit Salomon proverbiorum tricesimo capite.  
 Undecimo, idem sacer euangelistarū numerus p[re]significatus  
 Danie. 3. perh[ab]etur: in quatuor viris in fornace Babylonica deum lau-  
 dantibus, quæ admodum scribit Daniel tertio capite. Duodeci-  
 mo, in quatuor fabris cornua hæresi deiscentibus: de quibus  
 loquitur Zacharias capite primo, Decimo tertio. In quatuor  
 quadrigis per orbem discurrentibus: de quibus mentionem fa-  
 cit Zacharias capite sexto. Decimoquarto & vltimo, in quatuor  
 animalibus oculatis ante & retro: de quibus loquitur Apos-  
 Apoca. 4. calpis capite quarto. Et haec postrema euangelistarū figuratio:  
 visioni prophetice quæ octauo loco hic adducta est / affinitate qua-  
 dam respondeat. vt persimile de ipsis ex veteri & nouo testamē-  
 to sumatur testimoniu[m]: & vtriusq[ue] cognoscatur omnimoda cō-  
 sonātia. Poterit autem haud magno negotio quisq[ue] (cui id cor-  
 di fuerit) vnfusciusq[ue] harū quatuordecim figurarū mysticam  
 assignare rationem: ex qua diluceat apta sanctorum euangeli-

*Signi.*

els. & quatuor anni temporibus agitur/ temporisam suam transigit durationem: vere/estate/autumno/& hyeme. Denique quatuor mundi partibus: oriente/occidente/meridie & septentrione sparsim habitant: qui mortale corpus circumferunt. Sicut & ternarius apto responsum ad animam spectare dicit potest: quae tribus sit insignita virtus: memoria/ mente/ voluntate, in quibus elucet viua ipsius creatoris imago: & propter quas a domino dictum legimus. Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram. Sane hanc significationem afferit Augustinus in expositione psalmi sexti dicens. Manifestum est ad corpus quaternarium numerum pertinere: propter notissima elementa quatuor quibus constat, & quatuor qualitates: siccā/ humidā/ calidā/ frigidā. Vnde quatuor etiam temporibus administratur: verbo/estate/ autumno/ hyeme. haec sunt notissima. Ad animum vero ternarium numerum pertinere: potest intelligi ex eo/quod tripliciter deum diligere iubemur: ex toto corde/ex tota anima/ex tota mente. Haec Augustinus.

¶ Deinde & totum terrarum orbem quaternatus numerus nonnulla sua notione complectitur, quod is quatuor habeat plagas habitationi humanae assignatas/ & quidem nominatissimas: eam/ occiduam/ meridianam/ & boream. Quoadmodum in psalmo centesimi tertij explanatione Augustinus mystice explicans id videtur quod beato Petrus rapto in extasim ostendit est: cum videt colum apertum/ & vas quoddam velut lintheum magnum quatuor initis submitti de celo in terram: in quo erant omnia quadrupedia/ & serpentia terrae & volatilia coeli. hoc autem vas cum voce celo delapsa/ tubente Petrum animalia illa occidere & manducare: ter hoc pacto submissum est atque illi ostendit. Hanc inquam visionem in loco supradicto petras etans Augustinus: ait. Discus qui quatuor limes continebatur: orbis terrarum erat in quatuor partibus. Has quatuor partes saepe scriptura commemorat: orientem/ & occidentem/ aquilonem/ et meridiem. Ideo quia totus orbis terrarum per evangelium vocabatur: quatuor euangelia conscripta sunt. Ter autem submissum vas de celo: hoc significat quia dictum est apostolis. Ite/ baptizate omnes gentes in nomine patris & filii & spiritus sancti. Proinde cum omnes ad iudicium homines congregandi significantur: apud Mattheum & Marci.

Matt. 24. cum dicitur filius hominis congregatus electos suos a quaerentibus ventis/ id est ab omni mundo parte quae habitant homines: quoniam quatuor ventis praecipuis totus mundus persolvatur.

¶ Spiritualis quinarius & senarij designatio. CAP. V.

Genes. 1.

Augustin⁹

Matt. 22.

Actu⁹. 10.

Augustin⁹

Matt. 28.

Matt. 24.

Marci. 13.

*Nume.*

10

Orro quinarius numerus/ quicquid librorum Moysi: Geneseos/ Exodi/ Leuitici/ Numeri et Deuteronomij imprimita nota est & significatio in scripturis. qui antiquae legis mandata/ iudicia/ & ceremonias cum historia productionis rerum et propagationis humani generis: deductionis populi a deo peculiariter electi ad mortem usque Mosi complectuntur. Attestatur

Cassiodor⁹

Ioan. 5.  
Beda.

Ioan. 6.

Lucæ. 24,



a repræsentatione ad veritatem progrediendo: non inepte per  
hunc numerū sextū post denariū/ significari dicetur sanctorum  
noui testamenti patrū/ euangelistarū inquā & apostolorū cō-  
tus. & in summa/ primatiorū vtriusq; testamenti patrū: hic nu-  
merus sanctissimū chorū contionēq; venerandā cōtinet.

¶ Septimi & octauī supra denariorū numerū: mystica & spiri-  
tualis descriptio.

Cap. XII.

¶ Ost denariū autē septimus numerus: vtriusq; testamenti sacramēta suo ambitu cōcludit. sci-  
licet veteris: propter decalogū in eo traditum  
& denario designatū. & noui: propter septenā  
spiritus sancti gratiam/in ipso uberioris huma-  
nis cordibus infusam. Approbat hoc ipsum  
Cassiodorus in decimoseptimi psalmi elucida-  
tione: dicens de eo quē discutimus numero.

17

Numerus (inquit) ipse: magna legis sacramēta cōcludit. De-  
narius pertinet ad decalogū veteris testamenti: septenarius ad  
septiformem spiritus gratiā. qui in ynam societatem dēcluclit: ef-  
ficiunt decē & septem. sic p̄ceptua mysteria sancte legis: psal-  
mi huius numero cōtinentur.

Cassiodorus

¶ Interdū etiā idē numerus: bas-  
tisimatis iauachri sacramētu denotare putatur. q vniuersalit  
cataclysinus & diluuiū sub Noe inundans: decimoseptimo die  
secūdi mensis legitur inchoatum in Genesi/vbi ait. Anno sex-  
centesimo vitæ Noe/mense secundo: decimoseptimo die men-  
sis/rupit sunt omnes fontes abyssi magnæ/ & cataractæ cœli az-  
perte sunt: & facta est pluia super terrā quadraginta diebus &  
quadraginta noctibus. huiusmodi autem effusissima aquarum  
eluvies: omnū confusione & sententia baptismi figurā preten-  
dit. Porro hanc secundā præsents numeri significationē/glosa  
ordinaria predictū Genesēos locū allegorice exponēs: apertus  
cōfirmat dicens. Notandum q sexcentesimo anno inundauerūt  
aque diluuij: quia sexta etate mundi/primo cōmendatū est sa-  
cramētū baptismi. & hoc septimadecima die mensis secundi.

Gen. 7.

¶ Intra in capitulo xiiij. secunda pars. Et dicitur. Secundū  
mensis secundi: diluuiū sub Noe inundans: decimoseptimo die  
secūdi mensis legitur inchoatum in Genesi/vbi ait. Anno sex-

centesimo vitæ Noe/mense secundo: decimoseptimo die men-  
sis/rupit sunt omnes fontes abyssi magnæ/ & cataractæ cœli az-  
perte sunt: & facta est pluia super terrā quadraginta diebus &  
quadraginta noctibus. huiusmodi autem effusissima aquarum  
eluvies: omnū confusione & sententia baptismi figurā preten-  
dit. Porro hanc secundā præsents numeri significationē/glosa  
ordinaria predictū Genesēos locū allegorice exponēs: apertus  
cōfirmat dicens. Notandum q sexcentesimo anno inundauerūt  
aque diluuij: quia sexta etate mundi/primo cōmendatū est sa-  
cramētū baptismi. & hoc septimadecima die mensis secundi.

Cap. 9.

Cassiodorus

quia denarius; decalogū significat. septenariū propter sabbatū: septimā requiē designat. Et quia in decalogo/tenūciatio vicio-  
rū videtur/ quicq; in baptismō initiatū: propter aeternā requiē  
omnibus intus se abrenunciare profitetur. ¶ Ceterū decimalis  
octauus numerus/ liberationis a malo cū corporis tum animæ  
potētifica del vītute/nobis inuit beneficū: siue in veteri testa-  
mēto per decalogū expresso/siue i nouo per octonariū (vt sc̄p̄  
dictū est) insinuato illud fuerit collatum. Q uod quidē Cassio-  
dorus in decimooctauis psalmi explicatione liquido attestat: de  
eo numero sic differens. Numerus quoq; prēlens: virtutē psal-  
mi declarare sentitur. Nā sicut in euāgeliō octauodecimo anno  
curuata mulier tubē Christo a sua iñfirmitate saluata est: ita se  
in hoc psalmo petiū peccatis p̄prijs propheta liberari. per hūc  
calculū significās tēpus ap̄fissimū: in quo & iste dñs salutifera be-  
neficia mereretur. Glosa itidem ordinaria mystice exponēs cu-  
rationē illius mulieris apud Lucā/ que decē & octō ānos fuerat  
incuruata; dicit. Hæc mulier nō nisi post decē & octō ānos eri-  
gi potuit; quia humana natura hanc corruptionē deponere &  
ad induendam incorruptionē aeternae beatitudinis erigi nō po-  
terit: nisi prius ipseuerit legē quæ in decē prēceptis cōtinetur &  
gratiā in qua Christi resurrectio facta est/ & nostra expectatur.  
Supradictis & illud cōsonat: quod in libro Iudicū legiſ. Seruile  
rū filii Israel Eglon regi Moab decē & octō ānis: & postea clas-  
mauerūt ad dñm/ qui suscitauit eis salvatorē vocabulo Aloth.  
Ecce populus Israēliticus beneficū liberationis a tyrānde re-  
gis Moabitarū: decimooctauo primū āno a deo percepit. vt in-  
telligatur hic numerus/diutine in homīnes beneficīa nota  
esse & demonstratio. ¶ In sup hīc numerus qui in manib; est/  
perfectionē operū in triplici statu: naturae/legis/ & gratiae desi-  
gnat. Quēadmodum perhibet beatus Gregorius in expositiōe  
supradicti euāgeliō apud Lucam capite decimotertio: de san-  
tatione mulieris inclinatæ deorsum/ cum ait. Sexto die homo  
factus est: atq; eodem sexto die opera dei cuncta perfecta sunt.  
Senarius autem numerus in trigonum ductus: decem & octō  
facit. Q uia ergo homo qui sexto die factus est/ perfecta opera  
habere noluit: sed ante legem / sub lege/atq; exordio inchoan-  
tis gratia/ infirmus extitit: decē & octō ānis mulier curua fuit.  
Asſipulatur cīdē glosa ordinaria; in prædicti loci euāgeliī ex-  
positione dicens. Senarius in quo mundi creatura perfecta est:  
operum perfectionē signat. qui per tres multiplicatus: octō  
decim reddit. & signat eos / qui in tribus temporib; diutinae  
visitationis scilicet ante legem / sub lege/ & sub gratia: perfec-

18

Cassiodor⁹

Lucē. 13.

Iudic. 3.

Lucē. 13.  
Gregorius

cionem operum habent. Hoc ergo tempore / Iudea a ſuē  
mentis rectitudine curuata fuit: quæ magis terrena q̄ coele-  
ſta nouerat operari.

¶ Noni supra denarium numeri & vigenarij: mystica fi-  
gnificatio.

Cap.XIII.



VO ordine nūc nonus p̄st denariū nume-  
rus est diſcutiendus: qui vtriusq; testamenti  
ſacramēta ratiōne partium ex quibus agre-  
gatur apte insinuat. Cōponit enim ex duo-  
decimario/ qui apostolorū numerus dictus est:  
ad noui testamenti rationē attinentiū, & ex  
septenario: veteris testamenti notā propter  
ſeptimē diel celebrationē gerente. Q uod &  
Cassiodorus in decimoniū psalmi explanatione cōtestatur: in-  
quiles de hoc quē p̄tractamus numero. Præsentis autē numeri  
ſacramenta / sub vna ſumma nequaq; potuimus inuenire: ſed  
forte nobis poterunt diuifa conſtare. Duodenarius itaq; calcu-  
lus: ad apostolos est videlicet applicādus. Septenarius vero fi-  
gnificat hebdomadā: que ad primā illā p̄tinet ſinc dubitacione  
culturā. Hæc in vnu ſociata: vtriusq; legis ſacramenta conclu-  
dunt. Sic & iſtus psalmi ad patrē dicta precatio: noui & vete-  
ris testamenti cōtinet reuerenda mysteria. Hæc ille. ¶ Poterit  
& altera etiam ſacra ſignificatio præſentis numeri ſumit: habita  
ratione partiū ex quibus integratur ac denominatur/ & attēta  
illarū mystica designatione ſuperioribus locis posita. Si quidē  
dictū est prius: denariū/ legem decalogi indicare/ ei mandato-  
rū dei obſeruationē. Nouenariū vero: nouē angelicorū ſpirituū  
ordines ſpiritualiter iſinuare. Quos beatus Gregorius luculēter  
edifferit in homelia euāgeliō apud Lucā cap. decimoquinto: de  
parabola dragmē decimē perditæ, ybi per nouem dragmas: fi-  
gnificari dicit nouem angelicos ordines. & quinam ſint illi: aut  
quod ſit cuiusq; ordinis officium denominationisq; ratio: latius  
aperit. Ibidem etiam ſignari ipſos nouenos angelorū ordines  
dicit/ per nouem lapides preciosos: ab Ezechiele propheta no-  
minatos cū ait. Omnis lapis pretiosus operimentū tuū: ſardi-  
us/ Topasius/ Iaspis/ chryſolitus/ onyx & berillus/ ſaphirus/ car-  
bunculus & ſmaragdus. Ecce nouem (ait) dixit nomina la-  
pidum: quia profecto nouē ſunt ordines angelorū. quēadmo-  
dū per duodeci lapides p̄ciosos in rationali: quatuor ordinib;  
diſtictos/ iſcriptosq; ſingulatū noib; ſingulis tribūnū Israel. et p  
duodeci lapides cōſtituētes duodeci ſūdamēta cēleſtis ciuitatis/

19

Cassiodor⁹

Lucē. 15.  
Gregorius

Ezech. 1-6.

Exo. 28.

## Signi.

- Apoca. 21. habentes nomia duodecim apostolorum & agni: significatus est sacratissimus apostolorum conuentus. Itaque nouenarius denario cōiunctus/significare nobis haud ab re putandus est: angelicū præsidium tis qui p̄cepta dei solitè obseruāt adesse/ illisq; cōtra spiritualū nequitiarū astutias ac fraudes: munimētū ac opem p̄stare, quēadmodū dicit psalmus. Immittit angelus domini in circuitu timentū eum: & liberabit eos. & alio in loco. Quoniam angelis suis mandauit de te: vt custodiant te in omnibus vijs tuis. In manib; portabunt te: ne forte offendas ad lapidē pe- dem tuū. Illorum vero qui mandata dei n̄aegulter transgrediū tur/ neq; vllam habent diuinæ malestatis curam atq; reueren- tiā/sacrum illum denarium in sua integritate illabefactū nō obseruantes: non vsq; adeo solicitā habent & anxīā custodiā. quinimo nōnūq; illos suo destituūt præsidio/ protectriceq; vltu te: dicētes quod apud Hieremīā de aia peccatrice sub typo Ba- bylonis scriptum est. Curauius Babylonē: & non est sanata. Derelinquam eam: & eam vnuſquisq; in terrā suam, quoniā peruenit vſq; ad cœlos iudicium eius: & eleuatū est vſq; ad nu- bēs. ¶ At vero numerus vigenarū: vtriusq; testamenti vnum & eūdē declarat authorem deum, neq; hunc hūfus esse dato- rem/illum vero alterius; vt nōnulli cōfinixerunt. Duplicatus et- enim denarius/vtrūq; designat testamentū: q; & in veteri de- calogus datus est/ i nouo vero rurū approbatus atq; latius ex- plicatus. Sed ex hūfusmodi īgeminatione vnum cōstituitur nu- merus/vtrūq; denariū in se cōpleteſtens: quo vnum & idem desi- gnetur veteris & noui institutori testamenti. Ea fane Cassiodorū est sententia: in expositōe psalmi vicesimi ita de hoc nume- ro verba faciētis. Extat hic denarij numeri duplīcata societas. vt sicut hac parilitas vnam summā designat: ita psalmus iste/ vtrūq; legis vnum dominū proclamat authorem. Est enim in tis decadib; virtus extīmia. & quotiens se geminant: totiens ingentium rerum sacramenta declarant. ¶ Præterea designat etiam vigenarius obseruationem mandatorum dei: cum ge- minat charitatis/dei inquā & proxīmī/ synceritate atq; affectu. Eniuero binarius in denariū dūctus: vigenarium procreat. est autem binarius: duplicitis dilectionis quam scilicet deo debem⁹ & quam proximo/significatiuus, denarius vero: decalogi. Id li- quido ex eo Geneseos loco cōstat: quo legitur Abraham dixisse ad dominū. Q uia semel ait cepi: loquar ad dominū meū. quid si inueni fuerint ibi viginti! Dixit autem dominus. Non iter- fieriam propter viginti. vbi interiecta littera glosa: dicit per vigi- ti/intelligendos esse seruantes mādata cū dilectione dei & pro-

Cassiodorū

Gene. 18.

## Nume.

- ximi: ppter denariū & binariū, et alio eiusdē libri loco: vbi Iacob dixit cū idignatiō ad Labā locerū suū, kīcīco vīgitiānis fui te- cū, glosa littere īter stes ac īter posita: mystice hoc exponēs ait. Vi- gitiānis: id est ī obseruātla decē mādatorū cū gemina charitate. ¶ Numerorū vigenariū cōtinue subsequentiū: primi/secūdi/ & tertij: spiritualis īterpretatio. Cap. XIII.
- T naturali numerorū pgressu vigenariū pxime cōsequēs numerus: diuinæ bonitatis subſi- diū post erūnas & calamitates impetratū desi- gnat, vt sentit Cassiodorus in fine expositionis vicesimi p̄mī psalmi dicens. Cōtinet autē p̄sen- tis psalmi numerus: & alia rerū sacramēta coe- lestiū. Nam cū propheta Daniel tribus hebdo- madib; orationē suā dñō iugiter imolasset/ vt quē essent populo Israēlico futura cognosceret: angelī voce re- sponsum est/ ad primas preces se fuisse trāmissum/ sed diabolica reluctancee tardatū: vicesimoprimo die ad eū potuisse descen- dere/ vt votis eiō satissimacere potuisset. Quapropter & hic psalm⁹ non īmerito tali calculo noscīt collocatus: qui diabolī puerita- te destrūta/ medicinalis passiōis dona reserauit. Cuius bñficio/ humanū gen⁹ ab ēterna morte liberatū: ad ppetuę salutis dona puenit. Vterq; aut̄ scripture locus cui⁹ hic meminīt Cassiodor⁹: ex decimo Danielis capite desumptus est. circa cuius principiū ita legimus. In diebus illis ego Daniel lugebā trū hebdoma- darū diebus, panē desyderabilē nō comedī: & caro & vinū non introierūt in os meū. Tres autē hebdomadae dierū: vñū & vigi- ti dīles cōficiūt. Deinde nōnullis interiectis: in eodē capite sub- necit scripture. Noli metuere Daniel, quia ex dīc p̄mī quo po- suisti cor tuū ad intelligendū vt te affligeres in cōspectu dei tui: exaudita sunt verba tua/ & ego veni, ppter sermones tuos. Prin- ceps autē regni Persarū restitit michi viginti & uno diebus. & ecce Michael vnuſ de p̄cipiib; primis venit ī adiutoriū meū: & ego remāsi ibi iuxta regē Persarū. ¶ Potest & hic numer⁹ de quo sermonē facimus/ haud incōgrue etiā designare absoluto- nē humanae pfectiōnis: quae ī firma summa trinitatis fide & sp̄i- ritus sancti gratia p̄fertim cōfisiit. Eniuero ternarius ī septe- nariū dūctus: reddit vñū & viginti, ternarius autē: supsanctę tri- nitatis fidē/ illisq; mysteriū cōtinet. Septenari⁹ vero: septi potētē spiritū/ & septeno charismatū dono munificū. ¶ Caterū secun- dus supra vigenariū numerus: pfecta diuinæ scripturæ veteris testamēti cognitionē suo calculo demonstrat. Nēpe cōtinet illa ī duobus & viginti libris: secundū litterarū hebræcarū numerū d.j.

Gene. 31.

21

Cassiodor⁹

Dani. 10.

22

*Sign.*

Cassiodor⁹

fumptis, quēadmodū ostendit beatus pater Hieronym⁹ in prologo libris regū p̄fixo: & Damascen⁹ libri quarti de fide orthodoxa capite decioctauo, quod etiā in cōmentarijs illi adiecit: nosip̄ eo loco diffusius p̄tractauim⁹ atq̄ digellimus. Testis huius significatiōis dati numeri vel locupletissim⁹ est Cassiodorus: in vicesimsecūdī psalmi expositiōe dicēs. Numerus quoq; psalmi huius: significat p̄fectionē sapientiae. Siquidē duos & viginti libros esse cognoscimus vetetis testamenti/ secundū litteras liebræorū: quas ad plenitudinē diuinæ sapiētiae cōpræhendendā cōstat hūano generi tributas. Quapropter diuersis mo-

dis psalmo isti supna noscūtar cōuenire mysteria. ¶ Tertius autē supra vigenariū numerus / p̄fectionē etiā sapientiae significat: cōsimili pene ratione qua p̄cedēs. q̄ litterarum latīnarū (quae tres sunt & vīginti) summā cōplectat: quae ad assequendā diuinorū cognitionē adminiculat̄ sunt & adiutrices. Quod plane

Cassiodor⁹ Cassiodorus in vicesimtertij psalmi elucidatiōe cōtestat/dicēs. Numerus autē huius psalmi: ad vīgiti tres litteras latīnorū fortasse p̄tneat, quae eloquentiae p̄prię dicta cōcludūt/ vt apud hebreos vīgintiduæ: apud latīnos (vnde nūc sermo est) vīgiti tres/ apud gr̄ecos vīgintiquatuor habeātur. tamen in vnaquaq; lingua cōpr̄ehendēda: cōpetēs adh̄ibet quātitas litterarū. sic & in isto psalmi calculo: redolēt beata perfectiō. ¶ Posset & eodē numero haud i merito designari humanæ salutis complementū & consumatio: quae p̄sertim in fide recta & operibus bonis est constituta. Fides integra/ternario denotatur: qui superdiuinæ trinitatis fidē mystice cōtinet. Operū vero p̄fectio/ in mādatorū dei obseruatione collocat: que per vigenariū numerū geminato cōstantē denario exprimit/ q̄ decalogus & in veteri testamēto traditus est: & in nouo amplius declaratus. Tria autē si ad vīginti fungantur: numerū p̄sentem conficiunt. Cuius & alia significatiō: ratione aliarū partū poterit facile excogitari.

¶ Quid mysterij: vicesimusquartus numerus & vicesimusquintus contineant.

Cap. XV.

24 Cassiodor⁹ Otto numerus vicesimusquartus imprimis sacram nob̄is cōtum exprimit seruitiū deo in ecclesia: & assidue illi laudes concinentium. Quod protinus euadit dilucidū ex Cassiodori verbis: in vicesimquarti psalmi explicatione dicentis. Numerus iste etiā b̄is duodenus: mysteria nob̄is supna declarat/ q̄ vīgintiquatuor seniores idēfēs vocib⁹ laudes dñō suauī modulatione cōcelebrent, cōmonēs ut ad similitudinē eorū: & nos

Apoca. 4



*Nume.*

22

psalmū istū frequentata deuotione cantem⁹. Hēc ille. Cū quēdem significatiōni atq; numero & id respondeat/ quod in primo libro Paralipomenon legitū: vt pote David regē ad amplificandum dei cultū instituisse vīgintiquatuor sacerdotes in templo/ vt per singulas hebdomadas vīcīssim ministrarēt tabernaculo. ¶ Idem quoq; numerus quē elucidamus: sacratū deo vītrūsq; testamenti doctōrū cōtū cōpleteatur atq; signat. Nempe in veteri testamēto duodecim prophetæ: omnes illiū legis doctores sua nūcupatione cōprehendūt. In nouo vero duodecim apostoli: cunctos euangelicæ doctrinæ peritos & prædicatores sua ſūma constringunt. At geminatus duodenarius: vīcesimquartū reddit numerū. Enīero hanc significatiōē secundo assignatā loco attestatur aperte glosa ordinaria: exponēs illū locū in Apocalypsi capite quarto. Et in circuitu sedis: sedita vīgintiquatuor/ & supra thronos: vīgintiquatuor seniores sedētes / circū amicti stolis albīs/ & in capitib⁹ eorū coronaē aureq;. Vbi hūiusmodi legitū adiecta expositio. Vīgintiquatuor seniores: sunt duodecim prophetæ & duodeci apostoli: quis plures vītrūsq; ordinis. Doctores (Inquit) alias dīcūtur vīgintiquatuor; alias duodeci. Omnes enī doctores veteris ſive nouę legis/ dicuntur duodeci: propter fidem trinitatis quā annūciant quatuor partibus mundi. vīgintiquatuor autē dīcūtur: quia numerus ille cōſicitur per sextes quatuor. Sex referūtur ad opera: quae ſex diebus fecit deus. quatuor vero: ad euangelia. quoniā ea quae in nouo & veteri testamento fecit deus opera: doctores ipsi colūt & explicant. ¶ Vicesimusquintus autē numerus cū bonis & vītibus homini accōmodatur: ſignificat stabilitatē firmitatēq; bonorū. Nam quinarius numerus quīnq; nob̄is porticus denūciat: quibus ad probaticā pīscinā quae languores & morbos effugabat descendebatur. Is autem ī ſelppum ductus/ vīcesimquintū numerum quadratū cōſtituit: ſalutificæ virtutis atq; beneficæ plenitudinem/ ſoliditatēq; nob̄is demonstrātem. Quod quidem Cassiodorus in vicesimquinti psalmi expositiōe ſic adaperit. Quod ſi diligentius perſcrutemur: nec quantitas ipſius numeri vacat. Nam quīnq; porticus fuīſſe Salomonis/ in quibus perclitantiū turba langebat; euāgelica nob̄is designat authoritas. Qui cal culus quiq; in ſe reductus: in vīcesimquātū ſūma p̄gredit̄. vt ſic corda fideliū psalmi iſtius abyſſo recrēt̄: ſicut ī illis porticibus facētū p̄baticē pīscinē lauachro ægra corpora ſanabāt̄. ¶ Si vero idē nūerū attribuaſ malis et pueris hoib⁹: designat cōsumatā illorū malitiā/ obſtinatiōeq; iduratā. quēadmodū Nicolaus Lyrensis exponens locum illū Ezechielis capite octauo. d. iſ.

Cassiodor⁹

Ioan. 5

25

Ezech. 8. Et ecce in ostio tēpli dñi inter vestibulū & altare/quasi vlgintis quinq̄ viri doſta habentes cōtra templū dñi/& facies ad ortētē: & adorabāt ad ortū solis. in morali explanatiōe quā litterē subnectit: alt. Per hos vīgītī quiq̄ vīros: designant apostatē a fide vel religione/maxime quādo sunt in sua malitia firmati/ que significat per numerū vicesimūquintū: qui numerus est quadratus/quia resultat ex ductu quinarij in ſelplum. Et glosa ordinaria eundē prophetē locū explanans/alt. Signat ppheta vlginti quinq̄ viros: qui in quadrū ſolda ſtatōe fundati ſunt/& a quiq̄ ſenib⁹ per quinque quinq̄ figuram efficiūt quadrāguli. ¶ Porro hactenus ab vnitate ſecundū cōtinuā numerorū ſerīe ad hūc vlg vicesimūquintū numerū/ deo adiutore progreſſi ſumus:& cuiq̄ eorū aliquā mysticā & ſacrā ſignificationē adapta ulmus/ex ſanctorū patrū ſentētia. Posthac vero nō eſt nobis cōſiliū & anim⁹/ naturali numerorū ſeruato ordine: quēq̄ eorum ſingulatim explicare. tū q̄ multi occurrerēt: quorū nō ſatis pſpecta iueniri poſſit/ aut cōperta mysticā ratiō. tū q̄ ex preceſtētib⁹ qui ſimpliſtores ſunt/& aggregatiōe aut multipliſcatiōiſ ductu: ſequētes cōſtituāt/ colligti facile queat eorū qui cōsequūtūt numerorū ſignificatiō. Ut quoniā vicesimusquitus numerus ex vlg genarulo cōgeritur & quinario: ex vtriusq; partilū ratione ſupliſ expoſita/coiectari poſteſ apta quādā totius numeri repræſentatio. Et quoniā idē numerus ex ductu quinarij in ſelplum pcreatur/ex ratione quinarij quiq̄es reperiſti tam explorata/desumi potest cōueniēs totius numeri/ ſpiritualis adaptatio. Ex ſimpliſtibus eni: facile eſt ad cōpoſitorū notionē euadere. Nōnūq; ve-ro ex diſminutiōne/caretiq; vnitatis aut binarij/a numero preclarę dignitatis atq; ſignificatiōe/aut ex ſupgressiōe excremētoq; in vnitate aut binario vltra numerū altū/ p̄cipue pfectiōiſ ſignificatiū: prius ignota altū numeri cōſtare poſterit mysticā repræſentatio. Ut quoniā vndenarius/denariū vnitate trāſcen-dit/ neq; ad duodenariū ptingit: dictus eſt ipſe ſupliſ eſſe nume-rus peccati. Similiter Hlsmael cū tredecī ānorū eſſet: circūcifſus eſt. quo deſignat (vt mystice exponit glosa) ipſe nō ptingiſſe ad expletione legis & euāgelij: quae quaternarij ſupra denariū nu-mero figurat. Deniq; languidus ille qui facebat ad pbaticā pliſciā/trigita & octo ānos ſcribiſ habuiffe in iſfirmitate ſua: id eſt duos minus q̄ quadraginta/ vt ibi explicat adlecta litterē gloſa. Quadragenarius enī (inquit) numerus cōſtat ex quater de-cē: & ſignificat pfectionē operū/ i decē pceptis legis & quatuor euāgelijſ cōſiſtēt. a quo/duo minus habet: qui charitate dei & pximi caret. ¶ Audiat & hoc loco Cassiodor⁹: quod iā ppositū

Quib⁹ mo-dis: nūero-rū matorū haberī po-tet ſignifi-catio.

Cap. 9. Gene. 17.

Iacob. 5.

Et in vicesimisexti psalmi explicatiōe hls. verbis cōprobans. In numero autem praesentis psalmi & quorūdam qui ſubsequi-tur/nequaq; potuimus calculatorū ſingularē reperire rationē. Icili-cet qualis creature: vicesimosexto/aut vicesimoſeptimo/aut vlc-cesimō octauo legatur aptata. Sed ſtudiosis relinquiſmus; vt ſe-cundū exempla que dīcta ſunt/quando nō iueniunt rationē in numero ſingulari: tunc alſtas ſimilitudines in partito calculo ſiue biſ ſiue tertio/debeant inuestigare. Verbi gratia. vt vicesi-mū ſextū numerum partiantur in vlginti & ſenariū: & iterū. vi-ginti ſeptem/in ter nouem. Tunc facilis/calculis diuīſis; for-tasse cōpetēs ratiō poſterit inueniri. Hac Cassiodorus. Itaq; de-incepſ inſigniores numeros qui occurrent/atq; ſignificatiōes enodabimus: a triſigenario/ per intercſiōne atq; prātermiſſiōne ceterorū intermediorū ſumpturi exordium.

Cassiodor⁹

¶ Quid trigenarius mysticā rationis habeat. Cap.XVI.

1. Rigenarius numerus ex ternario. in denariū 30

ducō cōſurgens: fidē ſancte trinitatis cū obſeruatione decalogi/attenta partiū ſuarū ra-tione p̄mū nobis inſinuat. Deinde vero cō-  
iugij fructū vitamq; figurat cōnubiale: & in-  
ter tres eorū qui ſalui fiūt gradus/eos qui po-  
ſtremū & minoris pfectionis hac in vita ob-  
tinēt locū. Quod apte liquet authoritate ſan-

torū patrū: explanatiū id euāgelicū verbū apud Mattheū cap.

decimotertio/& Marcū cap. quarto poſitū. q̄ aliud ſemen cecidit in terram bonā & fecit fructum: aliud quidē tricesimū/ altud

sexagesimū/ & aliud centesimū. Q uē quidē locū exponēs Theo-philiſ inquit. Eorū vero qui ſemen ſuſcipiūt cōueniēt: rursus

tres ſunt gradus. Q uī in centū fructificant: ſunt qui perfectā & obedientē habent vitā. vt vīrgīnes & cremenītæ. Qui autē in ſexā

ginta: qui mediocriter ſe habent. vt continētæ & qui in cōno-blo ſunt. Q uī autē in triginta: qui parui quidē ſunt/ ſecundum

propriam virtutē fructū ferentes. vt laici & qui in cōlugio ſunt. Eundē locū explicans Beda/alt. Triginta fructificant: cū aliquis

fidem ſanctae trinitatis electorū cordibus inſinuat. Sexagita: cū p̄fectionē docet bonae operationis. Centū vero: cū cōleſtis re-

gnī p̄mia demonstrat. Centū nāq; cōputando/in dextrā trans-ferūt: vnde recte in ſignificatione ponūtūr perpetuāe beatitu-dinis. Deniq; eundē locū Hieronym⁹ edifferēt/ alt. Fructus ter-ræ bonae in tricesimo/sexagesimo & centesimo cōtinēt: hoc eſt i

lege/ppheta & euāgeliō. Vnde cōſtat ſemp illud quod iter tria bona mīnīmū eſt:trigesimi ſructus nūcupatiōe ceneri, mediū:

d.iiij.

Matth. 13.

Marc. 4.

Theophil⁹

Beda.

Hierony-mus.

**Signi.**  
 noīc sexagesimi. & supmū atq̄ p̄stantissimū: cētesimū puentus  
 fō nōre notari. Ad hāc fidē sancte trinitatis cū obseruatōe de-  
 cē p̄ceptōrū/nobis trigenario numero designari: sicut primo  
 loco hic est propositū/testis est Beda exponēs illud dicitū Lucæ  
 tertio cap. Et ip̄e IHESVS erat icplēs quasi ānorū trigita, vbi  
 ait. q̄ tricenālī baptisatur Christus: nobis etiā cōuenit propter  
 mysteriū trinitatis & operationē decalogi, quia decalogus per  
 fidē & melius intelligitur / & ipletur. ¶ Praeterea. idē numerus  
 maturā & tempestiuā arduorū operū aggrēsionē nobis interdū  
 designat. q̄ triginta annorū ḡas iam posito adolescētē feruore/  
 virilē assumens prudentiā atq̄ cōstantiā: accōmoda sit ad p̄-  
 clara officia/ vt administrationē populi / p̄pheticā denūciatiōnē/  
 aut verbi diutni seminationē aggrediūdā. Proinde Ioseph sub-  
**Gene. 41.** latus a carcere in regnū/triginta annorū fuisse scribitur: quan-  
**Ezech. 1.** do sletit corā Pharaone, vt primū & quadragēsimū Geneseos  
**Luc. 3.** caput refert. Ezechiel itidē eandē expluit aetatē: quando ince-  
**Beda** pit prophetare, vt ipse primo capite testatur. Rursum Ioānes ba-  
 ptista trigesimū fere agebat annū: cū incepit in deserto p̄redi-  
 care baptisimū poenitētig/ & dñi preparare vias. Deniq̄ dñs nos-  
 ter tricesimo suę aetatis āno baptisatus est: vt scribit beatus Lu-  
 cas capite tertio. Quē euāgeliū locū explanans Beda ait. Trice-  
 simo āno Christus baptisatur/ facit miracula/docet: vt reprimat  
 temerarios/ qui omnē aetatē ad hāc officia idoneā credūt, quod  
 nō est: nisi aliquando miraculo dei cōtingat/ vt in Hieremīa &  
 Daniele. Cōfirmat & hāc mysticā tricenarī significationē nūc  
 adductā Origenes: in secunda homelia sup Genesim/ explicās  
 spirituali sensu altitudinē triginta cubitorū arcæ Noe, vbi ait.  
 Sed & tu qui hāc audīs/si scripturis sanctis intendas ex ocīo:  
 permulta inuenies magnarū terū gesta sub tricenarī numero  
 cōtineri. Triginta annorū Ioseph educitur de carcere / & totius  
 ægypti suscipit principatū: vt iminentis perniciē famis diuīna  
 prouisione depellat. Triginta ānorū refert IHESVS cū venit  
 ad baptisimū: & vidit cœlos dluisos/& sp̄ritū dei i colub̄ specie  
 venientē sup se. vbi & primū cœpit sacramentū patescere trini-  
 tatis. & multa his similia iuenies. Hāc Origenes. ¶ Has autem  
 supradictas trigenarij dignitates & cōmendationes: cōstringit  
 Cassiodorus in dilucidatione tricesimi psalmi/ dices. Numerus  
 quoq̄ psalmi: erectę suppurationis culmē ostēdit, p̄emīa quoq̄  
 fideli cōiuglo cōpromittit, vt cū se anima huic p̄dicationi beata  
 cōuersatione socauerit: trigenaria remuneratiōe ditescat. Huic  
 etiā numero & alia sacramēta cōueniūt. Triginta siquidē ānorū  
 Ioseph: dñs legiē in ægypto cōstitutus. Triginta etiā ānorū sal-  
**Luc. 3.**

**Numē.** 24.  
 uator nōster: vitale baptisma int̄ctus aquis Iordanis cōsecra-  
 uit. Est quoq̄ in his decadibus sancta trinitas: quæ fidei nostræ  
**4.** iūsolabilē regulā tribuit & salutē. ¶ Quarto vero numerus trige-  
 narius memorabilis est/ q̄ preciū prodictionis ipsi traditori a lu-  
 dēs cōstitutū summa sua cōprehēdit: quo traditus est in manū  
 peccarorū/ & appreciatuſ dñs nōster: ōni precio pecuniario di-  
 gnior/superior/ & preciosior. Nēpe vt Mattheus euāgelistā me-  
 minit: cōstiruerūt scribāe & pharisei ipsi Iudæ pditori trigita ar-  
 genteos/ infōlicē illi pecunia. quā postea poenitētia ductus ite-  
 grā reddidit: & simul animā atq̄ corpus miserabiliter pdidit. vt  
 eius exemplo: cognoscant semp̄ tristes & infausti esse cēcē cupi-  
 ditatis pecuniae exitus. Prædixerat autē multo ante Zacharias  
 prophetico oraculo hāc sanguinis iusti tradendi mercedē: cum  
 capite vndeclimo iquit. Et appenderūt mercedē meā: trigita ar-  
 genteos. Et dixit dñs ad me. Projice illud ad statuariū/ decorū  
 preciū: quo appreciatuſ sum ab eis. Et tuli triginta argēteos: &  
 profici illos i domo dñi ad statuariū. Quod quidē vaticinū: tē-  
 pore passionis dñi apud Mattheū legimus esse omnino cōpletū.  
 Quocirca quoties nobis in mentē venit aut noīatur nūerus i p̄e  
 trigenariū: animū nostrū simili subire debet i iustū illud preciū  
 eo designatū numero/ quo traditus est dñs nōster i manus ini-  
 micorū/ vt nos eriperet de potestate tenebrarū. Atq̄ ea credide-  
 rim ratione factū: vt cū vulgari atq̄ quotidiana suppurationē ad  
 trigenariū peruenit/hic numerus nō nisi cum dei inuocatio-  
 ne atq̄ laude nominetur.

¶ Mystica quadragenarij significatio: atq̄ ampla illus ex  
 scriptura cōmendatio. Cap. XVII.



Vadragenarius numerus decalogo simul &  
 euāgeliū cōsecratus: sacer admodū & in scri-  
 pturis mītifice celebratus est. qui primū per-  
 fectionē iustitiæ & honorū operū cōsumati-  
 onē/restitutiōneq̄ signat: i decalogi & euā-  
 geliū integrā impletione cōsistentē. Nempe  
 is numerus ex denario/numero decalogi/ in  
 quaternariū (qui numerus est euāgeliū) du-  
 cto progenitus: vitæ cōelestis obtinendæ (quæ quidem per vtr̄  
 usq̄ habetur obseruationem completam) complectitūt rationē.  
**2.** ¶ Secundo vero expiationi peccatorum & poenitentiæ in hoc  
 vite incolatu subēdē apte accōmodatur. Si quidē quadraginta  
 dies aque diluuij inundauerunt super terrā: abstergentes homi-  
 nū placula/ & purgātes eā a peccatis ante cōmissis, vt septimū  
 Geneseos cap. enartat. Deniq̄ quadraginta ānis filij Israel post  
 d. illi.

Matth. 26.

Matth. 27.

Zacha. 11

40

Gene. 7.

Exo. 16.

## Signi.

- Nume. 14. exitū de Aegypto i desertō versati sunt (vt ex libro Exodi & Numeri dīoscere promptum est) tempus pōnitentiae & operandi bonum ad perueniendū in terram viuentū: typo quodam representantibus. Quadraginta itidem dies / prophetica denuntiatio dilata est Niniutarū subuersio: vt tempus ad pōnitentiam illis concessum. quēadmodum tertū Ionē caput ostendit. Quinimo & ante immissionē diluui sub Noe: indulatum est a deo hominib⁹ pro pōnitentia agenda tempus centum viginti annorū: vt sextum Geneseos caput attestatur, quod sane tempus: ter quadragenariū numerū integre ac æque cōpletū. ¶ Præterea quadragenarius numerus sanctorū antiquæ legis patrū ieiunio sanctificatus dīoscitur: itidem & admiranda Christi a cibo potuq; abstinentia / perfectus q̄ reliquias cōsecratus, qui nō modo i hoc ope ieiuniū: verū etiā et alijs multis quadragenariū numerū clarificauit. Siquidē Moles vt legē semel & iterū mereatur accipere: bis ieiunauit quadraginta diebus & quadraginta noctibus. vt vicesimū quartū & tricesimū quartū Exodi caput enarrat. Hellas itidē ambulauit in fortitudine cib⁹ sumptū & alati angelico ministerio: quadraginta diebus & noctibus nō manducās neq; bībens / vlḡ ad montē del Oreb. vt tertij Regū decimū nonū caput refert. Deniq; dominus noster legis & prophetarū cōsummatio: etiā post suscep̄tū baptismū quadraginta dieū ac noctū expleuit ieiuniū. quēadmodū Matthaeus quarto capite describit. At vero q̄ ipse dñs noster multifariā sanctificauerit numerū quadragenariū temporis / in alijs etiā operibus q̄ ieiunio: exinde fit perspicuū. quia quadraginta horis facult (vt perhibent sancti patres) in sepulchro. quadraginta diebus post resurrectionē discipulis suis seipm̄ vnuū prēbuit: vt primū actuū apostolicorū caput meminit. Quadraginta itē diebus in domo Bethleemita (quæ fuerat ei natalitia) detentus est: anteq; offeretur in templo. Insup ipse dominus noster quadraginta septimanis (vt ferunt) in vtero vrginall delituit. quadraginta quoq; mensibus (vt perhibent) mundo publice prēdicauit. Cōstat igit omnifariā: quod propositū est. ¶ Porro vt Christū dñm̄ imitentur Christiani / & ecclesiæ simul prēcepto obtemperent: astringunt & ipsi ad obseruādū quotānis quadragesimalē ieiuniū / quo decimas dierū totius anni per quadragenariā afflictionē deo persoluāt. Eniuero nō tantū vocabulo nois / sed & te Christiani esse cōtendere debem⁹: & Christū (a quo tā dignū & honorabile nō mē sortimur) In his q̄ (mitāda p̄posuit in sequi, quare & in obseruatiōe ieiuniū q̄dragesimalis. cū etiā idipm̄ p̄cipiat eccl̄ia / de cōsecratiōe distictiōe quita / cap. q̄dragesima; hīs verbis ex homē.

Ionæ. 3.

Gene. 6.

Exo. 24.

Exo. 34.

3, Reg. 19.

Matth. 4.

Actuū. 1.

Luce. 2.

Quare obseruādū est ieiuniū qua dragesima le.

## Signi.

- lia beatī Gregorij papē sūptis. Quadragesima: sūma obseruatōne est obseruāda, vt ieiuniū i ea p̄tē dies dominicos (qui de abstinentia substracti sunt) nīsī quem infirmitas impedierit: nū latē solvatur. Qz autē hūusmodi obseruatōe etiam sit quēdam persolutio decimarum temporis totius anni: cōstat ex easdem distinctione & capite supradicto, vbi ex homela Gregorij super euangēlo primæ dominicę quadragesimę: hēc habetur sententia. A prima dominica quadragesimę vsq; in pascha domini / sex hebdomadę computantur: quarum videlicet quadragita dies & duo sunt. Ex quibus dum sex dominici dies / abstinentia substrahuntur: non plus in abstinentia q̄ triginta sex dies remanent. Verbi gratia. Si per trecētos & sexaginta quiq; dies annus voluitur / deinde per triginta et sex dies affligimur; quasi anni decimas deo damus. Sed vt facer numerus quadraginta dierum adimplatur: quem saluator noster sacro suo ieiunio consecraverat: quatuor dies prioris hebdomadę ad supplémentum quadraginta dierum tollantur. Id est quarta feria: quē caput ieiuniū subnotatur. & quinta feria sequens / sexta feria / & sabbatum. Nīsī enī istos dies quatuor / superioribus triginta sex adiunxerimus: quadraginta dies in abstinentia non habem⁹. Iubemur autem & ab omnipotenti deo: omnium bonorum nostrorum decimas dare. Hēc Gregorius. ¶ Cæterum hasce præclaras quadragenarij numeri significatiōes: Cassiodorus in principio expositionis quadragesimi psalmi hīs verbis edisserit. Magnificat autem hūc psalmum: q̄ in quadragenario numero noscitur collocatus / qui calculus emundationi & purificationi frequenter aptatur. Quadraginta enim diebus fuso diluuiō: ab ieiunitib⁹ hominum terra diluta est. Quadraginta quoq; diebus / sanctus Moses ab escis corporeis temperauit: vt diluina colloquia mereretur. Eodem modo Hellas suffiglo se corporeę refectionis abstinuit. Ipse quoq; dominus totidem diebus ac noctibus ieiunauit: vt nobis formam beatæ purificationis ostenderet quadragesimę, quinetiam ipsius exemplo p̄mittitur tēpus abstinentiæ: vt deletis sordibus peccatorum / ad resurrectionem domini puris mentibus accedamus. Hēc Cassiodorus. ¶ Præter supradictas autem est & alta quadragenarij numeri significatiō: qua temporalem huius vñtæ durationem / & totum præsentis sc̄culi curriculum quo hic degimus / interdum insinuat. Verum hēc ex verbis Augustini in epistolo fronti hūi opusculi p̄fixo adductis: colligi facile potest, & ex eiusdem dictis in explanatiōe numeri centesimi quinquagesimi inscribus adducendis / eūam dilucidē haberi.

## 25

Exo. 22.

Cassiodor⁹

Gene. 7.

Exo. 24.

3, Reg. 19.

Matth. 4.

¶ Quid mysticum; numerus quadragesimus secundus et qua  
dragesimus sextus insinuant.

CAP.XVIII.

42



Nume. 33.

Matth. 1.

Cassiodor⁹

Aeterum quadragesimus secudus numerus/ spiritualem viam veniendi ad Christum per huius vitæ peregrinationem designat; et successione quoq; humanæ propaginis quibus ad nos venit Christ⁹ per carnis assumptionē indicat seriem. Primum quidem, quia due & quadraginta fuere mansiones filiorum Israel in deserto; quibus peragratis terram promissionis subierunt. Per huncmodi autem stationes eorum atq; pererrationem deserti: insinuant mystice nostra in hac vita peregrinatio. Secundum vero, quia Mattheus primo capite describes Christi genealogiam/ enumerat tres tesseradecadas: id est quatuordenas, nam ter ibidec quatuordecim digerit generationes; quibus ab Abraham usq; ad Christum descendit. Ille autem in vnam collecte summā: quadraginta duas generationes haud dubie efficiunt. Vtrūq; autem horū mysteriorū: Cassiodorus in declarazione psalmi quadragesimi secundi luculentter adaperit dicens. Isti defuderant ad atria domini peruenire: quadragesimus secundus calculus cōpetenter aptatus est. Tali enim numero: mansiones illæ in eremo sacrae sunt Hebraeorum. Quadragesima etiam secunda generatione ab Abraham: dominus saluator aduenit & mundum sua visitatiōe saluavit. vt merito & iste fidelis ad regnum domini pervenitur credatur: qui pristino illi numero sociatus esse cognoscitur. Insuper glossa ordinaria explanans supradictum Matthel locum de generatione Christi: idē corroborat dicens. Ut & hāc viam esse peruenienti ad Christum (qui est nostra terra promissionis) scias: totum numerum ter quatuordecim collige in summa: & sunt quadraginta duo, quo numero mansionum: vel Hebrei de Aegypto ad patriam ventunt. Et bene hoc numeri sacramento venim⁹ ad patriam: quo Christus a patriarcha cui promissus est/ peruenit ad virginem: quasi ad Iordanem spiritus sancti gratia abundantem. Et ideo euangelista enumeravit ab Abraham quadraginta duas generationes: velut coelestis patriæ mansiones/ in fine Christum supputans: qui est consumatio viæ & mālio vitæ. In Abraham primum fides ad iustitiam reputatur: quod est initium viæ vel vitæ ad requiem. Ideo quadraginta duæ/ quia hoc numero præsens ecclesiæ tempus ostendit: quo dominus bene operantibus cooperatur. Septies enim sibi: quadraginta duo sunt. Sex ad opera; septem ad requiem

pertinent. Vnde bene populus ille sub spe itrandi in requiem: per septies sex mansiones castrametatur. in quarum ultima/ Ihesu duce patefacto Iordanē requiem intrat. Sic noster IHESVS quadragesima secunda generatione ab Abraham credēte: lauachra baptismi & cœli fanas patefecit. Sub eiusdem numeri sacramento nos cursu virtutum ad patrīam tendimus: dum quotidie prelibando/gusto cœlestium fructum /& patiēter processum expectamus. Hæc/glosa. ¶ Præter supradicta quadragesimus secundus numerus haud ab re insinuat nobis longanimitatem dei: ad expectandum in nobis fructum poenitentiae & conuersionem ad bonum. q; post passionem domini: duos & quadraginta annos expectauit deus poenitentiam /& emendationem Iudeorum in melius. Verum postq; dilatna illa expectatione facti sunt detiores atq; crudeliores in persecutione fideliū: quadragesimo secundo post transactam domini passionē anno/venerunt Rhomani & tulerunt locum & gentem. Quod sane figuratum traditur per id historicum: quod quarti libri regum secundo capite scribitur de Heliseo, q; ipso ascidente per viam in Bethel/pueri parvi egressi sunt de ciuitate: & illudebāt ei dicentes. Ascende calue/ascendē calue. Qui cum respexisset: vidit eos & maledixit eis in nomine domini. Egressiq; sunt duo viri de saltu: & lacerauerunt ex eis quadraginta duos pueros. Quem locum exponens Isidorus ( vt adducit glosa ordinaria ibidem) alt. Heliseus: salus dei. Is est qui saluator vocatur/ cui illudunt Iudei: quia in Caluarie loco ascensus erat in crucem. Sed Christus postq; ascendit in cœlos/sicut Heliseus ascendit in Bethel/ id est in domum dei: quadragesimo secundo anno immisit duos virgos de sylvis gentium: Vespasianum scilicet & Titum. qui eos crudeli strage deicerunt: ibiq; sanguis eorum effusus est /vbi dominum suspenderunt. Accedit illi & Nicolaus Lyrensis eodem in loco: cum in litterali tum in morali expositione. adiiciens illum numerum duorum & quadraginta annorum / qui post passionem domini fuerunt interstites / ac intermedij fluxerunt usq; ad destructionem & extermiū Iudeorum: fuisse significatum per numerum pueros laceratorum a duobus viris. ¶ At vero quadragesimus sextus numerus continet mystico suo calculo sacramentum inhabitacionis domini nostri in castissimo virginis matris ytreo: cum nostræ substantiæ infirma fusco/ & tempus illius sacre immanis nobis conficit. Nempe quadraginta & sex annis ædificatum legitur secundum templum Hierosolymitanum: figura et typus sacratissimi illius templi/

4. Reg. 2.

Isidorus.

46.

Ioan. 24.

**Colos. 1.** in quo habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter / et quod Iudeorum crudelitate dissolutum : in triduo ab eodem domino nostro excitatum est. Verum ut figura ipsa veritati accommodetur: pro annis illis quadraginta sex/totidem dies accipiedi sunt, in quos si ducatur senarius/numerus perfectus: colliguntur dies ducenti septuaginta sex/ tempus scilicet nouem mensium; quo Christus in virginali thalamo anteque de eo ut sponsus processit manere dignatus est. Id plane mysterium temporis admodum dignum: referat Cassiodorus in expositione quadraginta sexti psalmi dicens. Numerus psalmi istius: grandia nobis sacramenta declarat. Quadragesimo quippe sexto anno/in mystica interpretatione templum domino. Hierosolymis legitimus fuisse perfectum. Anni autem isti a veteribus/ pro diebus sunt positi: qui sexies perfecto numero multiplicati/ efficiunt dies ducentos septuaginta sex/ quantum in utero virginali dominus noster ad similitudinem humani generis habitasse monstratur: id est a die octaua calendarum aprilium/ usque in diem octauum calendarum Ianuarii. Merito ergo totus hic psalmus specialiter de domino dictus intelligitur: quando & eius numerus predicto modo ad sacramentum ipsius conceptionis & nativitatis competenter aptatur. Hec Cassiodorus. ¶ Quocirca minus audiendi sunt/ qui dicunt per illos quadraginta sex annos quibus templo Hierosolymitanum instauratum est a Iudeis de captivitate Babylonica reuersis: intelligendos esse sex et quadraginta dies/quibus corpus domini nostri in sacratissimo virginis utero (ut ponunt) est formatum. Nempe non per interualla temporum/ sed in ipso conceptus virginalis momento atque articulo: dominicum corpus figura & lineamentis omnino fuit expletum atque perfectum/ omniartifice spiritus sancti virtute. ut attestatur sacer Damascenus libro tertio de fide orthodoxa/capite secundo. & Hieremias id futurum praedixerat: cum ait capite tricesimo primo. Nouum faciet dominus super terram: foemina circumdat virum.

Hiere. 31. ¶ Quid spiritualis significantie: numerus quinquagesimus in scripturis insinuat. CAP. XIX.

**Leu. 25.** 30. Vinquagenarius autem numerus: remissionis atque relaxatiois peccatorum i primis est significatio: quoque annum annum subileum sua summa calculoq; monstrari: in quo priora remittebantur debita/ et redibat unusquisque in pristinam possessionem suam. quemadmodum leuiticus vicesimo quinto capite exprimit: cum ait. Numerabis quoque tibi septem hebdomadas annorum: id est septies

scptē/ q simul faciūt quadraginta nouem, & clanges buccina mense septimo/decima die mensis: propitiationis tempore/ in vincula terra vestra. Sanctificabitq; annum quinquagesimum: & vocabis remissionem cunctis habitatoribus terre vestre. Ipse est enim subileus. Reuertetur homo ad possessionē suā: & unusquisque rediet ad familiam suam pristinam/ quia subileus est & quinquagesimus annus. Attestatur hanc sacram quinquagenarij significacionem modo propositam Origenes in secunda sup Genesim homelia/exponens mystice latitudinem quinquaginta cubitorum arcę ipsius Noe: ubi ait. Latitudo arcę quinquagenarij numerum tenet: qui numerus remissioni & indulgentiae consecratus est. Secundum legem enim quinquagesimo anno remissio erat. Id est ut si quis distraxisset possessionem: recuperet. si liber in servitatem venisset: recuperet libertatem. indulgentia debitor acciperet: exul rediret ad patriam. Spiritualis ergo Noe Christus in arca sua/in qua humanum genus de interitu liberatus/ id est in ecclesia sua: hunc quinquagenarium remissionis numerum in latitudine collocauit. Nisi enim remissionē peccatorum donasset creditibus: non fuisset per orbem terrę/ecclesiæ latitudo diffusa. Vnde & quinquagesimum diem festum in nostrarum frugum consecratione inuenies: & de Amonitarū sponsis domino quinquagesima deliba. ¶ At vero per illius loci ex leuitico ante adducti mysticam interpretationem: constat etiam quinquagenarum numerum( sicut & annum subileum )designante nobis secundo loco perfectam æternae vitæ requiem/ q post generalem & nouissimam resurrectionem fustis conferetur. Septenarius enim( qui quietis post laborem numerus est ) in seipsum ductus: quadraginta nouem constituit solidæ firmæque quietis indicatiuum numerum. cui si addatur unitas: absolutam/ cōpletam/ & plenissimam quietē indicans: consurgit quinquagenarius numerus. qui non ab re statum futuræ resurrectionis exprimit: in quo genus humanum in bonis & iustis perfecte liberabitur a corruptione mortalitatis/ & ab illa obligatione in Adam omnibus imposita/puluis es & in puluerem reuertetur. Tūc etiam unusquisque iustorum reuertetur in possessionem suam/ siue patria: scilicet paradisum/ quæ vera est honorum patria. Tunc dentes non ferendum erit neque metendum/ neque primitiæ vindictarū erit colligendæ. quia tunc amplius operandi non erit tempus: sed opere mercedem percipiendū. Et hoc pacto cetera anni subilei propria prærogativa illuc explicata: facile adaptari poterunt ad quietem illam supernam beatorum consummatuam. ¶ At ne sine auctore id ipsum quod præmissus astringere videamus/ quinquaginta

Origenes.

Gene. 9.

Leu. 25.

Leu. 23.

Gene. 3.

Beda.

Rhoma. 8.

Exo. 19.

Adu. 2.

Esa. 2.

Cassiodor<sup>9</sup>

### Signi.

gesimum scilicet numerum futurę beatitudinis absolutissimam quiete designare: audiatur venerabilis pater Beda in homelia euāgeliī dominicæ post ascensionem domini. Idē assuerās cum alt. Recte etiā quinquagenario dierū numero: statū futuræ nos trę beatitudinis ī imagine veneramur. Septes enī septē: quadraginta nouē faciunt. Et quidē per septem/ saepe requieē designari: luce clartus est. Septē vero septies ducta: elusdem requieē pfectiōē īfīnuāt/ quæ nullo vñq̄ fine clauditur/ nulla labe maculatur. sed vbi dīes iudicij vñtuersals ac resurrectionis aduenierit: ap̄liori corporū receptorū gratia perficitur. Qz autē ad septem septimanas: monas additur: id est ipsa dīes dominica pentecostes qua spiritū sanctū accepit ecclesia primitua/ & ita quæ quagenarius numerus perfecte cōpletur: ipsū iudicij & resurrectionis omnīū tēpus ostēdit/ quādo sanctarū requies animarū q̄ nunc in illa vita geritur: etiā corporū immortaliū receptione generinabitur/ & ille apostoli sermo adimplebit. Qz si spiritus eius qui suscitauit IHES VM a mortuis/ habitat ī vobis: vñuiscabit & mortalia corpora vestra per inhabitantē spiritū eius ī vobis.

¶ Denum tertio loco quinquagenarius/ numerus est legislatiōnis atq̄ promulgationis mandatorū del: post erectionē a Iugo seruitutis. Nēpe quinquagesimo die post exitū Israel de Aegypto/ & domus Jacob de populo barbaro: lex vetus data est a domino/ Mosi duci synagogae ī deserto & monte Sina. quæ quidē legis traditio: & quo ad tēpus et locū/ figura fuit atq̄ typus denunciationis legis nouę. quæ quinquagesimo die post resurrectionem dominicā & post erēptū genus humanum a potestate principis tenebrarū/ publicari inchoata est: per acceptas ab apostolis die pentecostes spiritus sancti primitias/ ī monte Sion & cenaculo sancto vrbis Hierusalē. illiusq; prædicatio ī propatulo/ ibidem tunc suum coepit exordium: secundum propheticū illud oraculū. De Sion exibit lex: & verbū domini de Hierusalem. ¶ Cæterum has quinquagenarij prerogatiwas Cassiodorus in quinquagesimi psalmi elucidatione breui sermone sic cōstringit. Huius autem psalmi nec numer⁹ mysterio vacat. Pertinet enim ad annum iubileum: qui apud Hebræos contractus veteres obligationesq; soluebat. quem in leuitico dominus annum remissionis vñtuersos habitatores terre vocare precepit. Pertinet quoq; ad pentecosten: quando post ascensionem domini apostolis spiritus sanctus aduenit/ miracula faciens et charismatum dona concedens. Sic & psalmus hic calculo quinquagesimo constitutus/ si corde puro dicatur: delicta dissoluit/ chirographum nostræ obligationis euacuat/ & nos a debit⁹ de-

### Nume.

28

litorum tanquam remissionis annus præstante domino reddit immunes. Hæc Cassiodorus.

¶ Quid sexagenarius numerus & septuagesimus secundus: in scriptura mysticū īfīnuāt.

CAP.XX

Orro sexagenarius numerus primo loco viduarū statum & post mortem contugis ī cœlibatu viuentium/ continentiumq; cōditionem significat. Nempe illi sexagesimus adhibetur fructus: quem semen ī bonam terram iactum profert. q̄ maiore habent molestiam atq; difficultatem/ ob præteritas nuptias/ continendi: q̄ quæ nuptijs sunt additæ/ legitimum thorū fructuolatū obseruandi. am plusq; se abdicant a mundi voluptatibus: solum deo hérētes. nequaq; tamen quæ vidualem amplexæ sunt vitam: ad virginalē candorem intemeratiq; pudoris integratatem pertingunt. vt ex numerorum his tribus vitæ generibus accommodatorum habitudine: rationem eorum atq; differentiam dignitatis cuiuscq;/ haud difficile percipias. Hanc quidem sexagenarij significatiōnem: Cassiodorus ī sexagesimi psalmi declaratiōne his versis innuit. Huius autem psalmi nec supputatio vacat. Sexagenarius enim numerus pertinet ad continentēs & viduas: quod dīgitorum ipsorum mutua designat infixio. Vnde psalmus iste fidelibus domini sexagenaria prēmia pollicetur. non q̄ ibi aut martyres aut virgines definit: qui fructu centenario gloriātur. sed in congregatiōne multorum potest specialiter & continentēs huiusmodi aliquos indicare. ¶ Secundo vero sexagenarius numerus perfectionem obseruationis mandatorum del: recte designat/ quoniam ex senario ī denarium dūctō constat. senarius autem perfectionem operum/ denarij vero decalogi obseruationem demonstrat. Vnde glofa litterae intericēta exponens illud dictum cāticorum tertio capite. Enī lectulū Salomonis sexaginta fortes ambūnt ex fortissimis Israel: dicit. Per sexaginta fortes/ vñtuersos prædicatores accipimus: qui decalogū legis perfectione operum implent/ & denarium retributionis pro pfectōe operū expectāt. Quod posterius ideo dictū intelligat: quo niā denarius ī scripturis iterdū retributionē operū ī altero futurā sāculo designat/ eo q̄ paterfamilias cuiq; operariorū q̄ laborauerat ī vinea/ singulū dedit denariū tanq̄ diurni opis mercedē. Glofa itidē ordinaria declarās illud verbū cāticorū capite sexto scriptū/ sexaginta sunt reginę: inquit. Reginę sūt: q̄ ituitu regni cœlestis/doctrinę īseruit. Ideo illę sexagita: quia sola dilectione præceptorum del perfectionem operum habent. Vel

Matt. 24, 13.

Cassiodor.

Can. 3.

Matth. 20.

Can. 6.



quia quinq<sup>u</sup>e corporeos sensus; ad regulam apostolice doctrinæ temperant. Quod quidem secundo loco dictum/ ideo est adie<sup>c</sup>tum: quoniam duodenarius per quinartum multiplicatus redit sexagenarium. Duodenarius autem apostolicae doctrinæ ac 70 cōmodus est: quinarius vero/quinq<sup>u</sup>e sensibus corporeis. Porro septuagenarius numerus/suę originis & radicis a qua denominationem habet/scilicet septenarii/naturā sapientis; designat totū pr̄sentis temporis decursū/ & septē illas nullis fere icognitas mūdi etates: qbus ab ipso exordio ad cōsumationē usq<sup>ue</sup> seculi/ tē porum volubilitas transigitur. Vnde per septuaginta annos quibus in Babylone captiuus fuit populus Israeliticus: intell̄ gūt scribentes totum pr̄sentis vitę tempus/ quo ecclesia in belli procinctu contra hostes hic stans & dimicans: in cōfusione Babylonica/ pressuris & miserijs huius vitę versat. At sicut illis ex-

Hiere. 25.

1. Esdræ. 1. pletis annis/populus domini libertate donatus redit in Hierusalem/ & instaurauit templum pr̄itus dirutum et exustum: ita post exactas temporatæ durationis reuolutiones & breuem mortalis vita decursum/ecclesia dei ad supernam enecta Hierusalē reædificabitur ut ciuitas domini electa. triumphalique decorata gloria: in mortalitate simul & incorruptibilitate dotabitur. necno eredita de seruitute Babylonis; perpetua in domino libertate florebit. Sane hanc septuagenarij mysticā interpretationem tradidit Augustinus in expositione psalmi centesimi decimi: dicens.

Augustin⁹ Ergo ut fiat quisq; laps⁹ viuus ad talē fabricam Idoneus: spirituualiter intelligat templi renouationē ex ruina vetere/ q̄ in Adā facta est; reparationem noui populi secundum nouum hominē atq; celestē. vt sicut portauimus imaginem terreni: portem⁹ & imaginem eius qui de cœlo est. quo possimus post omnes saeculū huius etates tanq; post septuaginta annos qui mystico perfectiōnē numero pr̄signantur: tanq; post ea p̄tuitatem longinquæ peregrinationis/non ruitura mole construl: sed eterna immortalitate solidari. Rursum idem in explanatione psalmi centesimi vicesimi quinti inquit. Hemo ciuis est Hierusalē: sed veditus sub peccato/factus est peregrinus. De propagine ipsius natū est genus humanum: & impleuit terras captiuitatis Sion. Et ista captiuitas Sion quam acceperūt Iudæi in imagine: in figura fuit in captiuitate in Babyloniam/ & post septuaginta annos rediit ille populus ad ciuitatem suā. Septuaginta anni significant omnem tempus: quod septem diebus volvitur. Cum autem transierit omne tempus: tunc redimus & nos ad patriam nostram/ quomodo ille populus post septuaginta annos rediit a captiuitate Babylonica. Babylonia certe est mundus iste. Babylonia enim

interpretatur confusio. Idē quoq; in explicatione psalmi centesimi quadragesimi sptimi eandē exprimit sententiā dicens. Reparata est Hierusalem post septuaginta annos captiuitatis. Sic Hieremias propheta septuaginta annis: septenario illo numero omnē volubilitatem huius temporis signat. Septenario enī numero voluuntur dies hi: sicut nostri. ijdē abeunt ijdēq; redeunt. Post septuaginta ergo annos cū prophetauit Hieremias reparari ciuitatem Hierusalem: factū id est vt ibi significaretur imago futurorū. Significatū est nobis post omnem istam volubilitatē temporis (quæ septenario numero voluitur) futurā illā ciuitatē nostrā iam in aternitate in uno dñe. In illa quippe habitatione tempus nō voluitur: quia habitator ibi nō labitur. Hec Augustinus. Deniq; glosa ordinaria explanans illud Hieremiae vicesimono capite verbū. Cum cooperint in Babylone impleri septuaginta anni: visitabo vos/ & fuscitabo super vos verbū meū bonū/ vt reducā vos ad locum istū. hanc mysticā assignat significatiōnē. Tam diu (inquit) in seculi cōfusione versamur: qđiu requie septenarij numeri mereamur accipere/ & accepta p̄enitētia deus impleat quod p̄misit: & reducat nos ad locū nostrū/ id est ad ecclesiā. qui percutit vt sanct: qui dabit finē laboris & patiēt̄. Inuocabimus enī & orabimus & exaudiemur: que rem⁹ deū toto corde/ & iueniem⁹ eū. At 72 vero secundus post septuagenariū numerus magnopere in scripturis celebratus est: q̄ septuaginta duorū Christi discipulorū summā teneat & exprimat calculū. de quib⁹ dicit Lucas capite decimo. Post hæc autē designauit dñs & alios septuaginta duos: et misit illos binos ante faciē suā/ in omnē ciuitatē et locū quo erat ipse venturus. Q uē euāgeli⁹ locū explanans venerabilis pater Beda: ait. Certificauerat deus p̄ prophetas: q̄ euāgeli⁹ prædicatio salutaris cōprehensura erat nō solū Israel/ sed etiam gentiū greges. Et ideo a Christo post duodeci apostolos: & alijs septuagita duo sunt instituti. Et bene septuaginta duo mittuntur: quia totidē linguarū gentibus euāgeliū prædicandū erat. vt quomodo duodeci apostoli primo ppter duodeci tribus Israel: ita & hi ppter exteris gētes destinaretur imbuedas. Et quēadmodū in constructione turris Babel una lingua in septuaginta duas linguas (vt ferūt) est cōfusa: ita per septuagita duos prædictores/ totidē gētes i vnitatē fidel reducerētur/ & uno ore deū cōfiterētur. Sicut autē duodecim apostolos formā episcoporū p̄mōstrare/nemo est qui dubitet: sic & hos septuaginta duos/ formā presbyterorū id est secundi ordinis sacerdotū gesisse. Af-

Hiere. 29.

72

Lucæ. 10.

Beda

Gene. 11.

*Signi.*

Augustin⁹ fert & Augustinus in loco prædicto/efusdē numeri discipulorū Christi alteram rationem: dicens, Sicut vigintiquatuor horis totus orbis peragitur atq; lustratur: ita mysterium illustrans orbis per euangelī trinitatis/in septuaginta duobus discipulis intimatur, ter enim viginti quatuor: septuaginta duo faciūt. Sane horum Christi discipulorum figuram ex veteri deproprietate testamento: Cyrilus in supradicti loci euangelici explicatione ita assignat. Hulus etiam (inquit) forma in verbis Mosi figurabatur: qui tubente deo septuaginta elegit/ quibus deus spiritum infundebat. In Numeris etiam scriptum est de filijs Israël: q; venerūt in Hēlīm (quod interpretatur ascensus) & erant ibi duodecim fontes aquarum/& septuaginta palmæ. Conuolantes enim ad augmentū spiritale; repertemus duodecim fontes/scilicet sacros apostolos, a quibus haurimus salutis scientiam: sicut aquas in gaudio de fontibus saluatoris.& septuaginta palmas; hos scilicet qui nunc destinati sunt a Christo. ¶ Nec id quemplam moueat: q; in vtrāq; harum figurarum/septuaginta tantum habentur tum viri / tum palmæ. In ipsa autem veritate: septuaginta duo discipuli. quoniam id tantillum discri men scriptura non solet curare: neq; tam exactum in omnibus figuræ ad exemplar responsum efflagitare. Cum enī unus numeri ab altero/in solo binario sit differentia: nō impedit id modicum discerniculum/ quin unus per alterum congrue significetur. Quādmodum ab Eleazarō summo sacerdote Iudeorum ad Ptolomeū regem Aegypti missi interpretes/ qui legem Hebraicam & vetus testamentum de hebræo in græcum transferrent regi id impensius exposcenti: fuerunt reuera septuaginta duo/de vnaquaq; scilicet tribu: sex viri eruditū in scripturis. attamen ab omnibus fere scriptoribus nominantur septuaginta interpretes: q; maiore illo & præcipuo numero expresso/ nō curant authores dualitatem adiscere. Quod enim parum distat: nichil prorsus distare videtur. Nec meo iudicio aberrauerit a recta sententia atq; veritate: qui supradictos septuaginta duos interpretes assignauerit etiam esse figuram aut umbram septuaginta duorum Christi discipulorum. cum hi & illi tum numero conueniant: tum officio elucidandæ diuinæ legis, & vtricq; id spiritu sancto authore: mififice sint assediti atq; expluerint.

¶ Septimi supra septuagenarium / & octogenarij numeri: mystica representatio.

Cap. XXI.



*Nume.*

30  
77

Cyrillus.

Nume. 11.

Nume. 33.

Quibus figuris: 72 dīscipuli Christi sunt praesignati.

T vero septimus supra septuagenarium numerus: totam & vniuersalē peccati rationē summatimq; prætendit. quoniam vndenarius (vt superius est ostensum) numerus est transgressionalis/& index peccati. Septenarius autem solet pro toto computari: quia septem diebus omne voluit præsentis vitæ tempus/quādimo dum ex prædictis etiam liquet. Atqui septē in vndeci ducta: cōficiūt septuagita septē. Iure igitur eo numero: tota viciorū summa & multitudo exprimit. Proinde cū apud Mattheū cap. decimoctauo interrogasset Petrus dīsum: dīcēs, Dñe quoties peccauerit in me frater me⁹ / & dimittā ei: vſq; septies respondit illi IHESVS. Non dico tibi vſq; septies: sed vſq; septuagies septies: id est totiens: quoties peccauerit & poenitentia ductus fuerit/ etiā si millies. Omnia enī peccata dimitti voluit: quia ea septuagesimo septimo numero præsignauit. ¶ Ceterum Beda in supradicti loci euangelici expositione: sentit numero septuagesimo septimo designari peccatorū omniū remissionē/ alia tamen numeri septenarij attenta ratione: q; modo ex Augustini sententia est adducta. Dicit enim, Septenarius quidem numerus est sacratissimus: ex donis septiformis spiritus. Vndenarius vero numerus: figuram tenet omnis peccati. In vndenario namq; transgressio est decalogi. & nos cū peccamus: decalogum profecto præceptorū dei transgredimur. Septuagesimus autem septimus numerus: constat ex septenario & vndenario. Nam siue septies vndecim / siue vndecies septem dicimus: septuaginta septem perficimus. Septuagies septies ergo dominus dimitti peccata præcepit/ vt ostendat quia quoties & quoties aliquis peccauerit: totiens & totiēs ei dimittere/ & nāq; a dimittendo cessare debemus. Q; enī per hunc numerū/ peccatorum significatur remissio: illud quoq; manifestat/ q; beatus Lucas catalogum dominica generationis/septuaginta septem generationibus terminauit: Incliplens a Iosephi/ & vſq; ad ipsum deum conditorem perueniens. Q; uia enim dei filius ad soluenda mundi peccata veniebat: ideo iure eius incarnationis septuaginta septem generationibus texitur/ & hoc ascendendo, quia videlicet filii dei incarnationis: nostra fuit exaltatio, & vnde ille descendit: inde nostra abiecitio ascēdere meruit. Q; vero hic numerus ex septenario & vndenario multiplicatus exurgit: significat q; omnis peccatorū remissio/ per gratiam sancti spiritus fit, culus donis priuari merentur: quicunq; fratribus in se peccantibus dimittere nolunt. At vero supradictis & id

Cap. 9.

Cap. 6.

Matth. 18.

Augustin⁹

Beda.

Luc. 3.

e.ij.

Gene. 4.

Alcuinus.

Hierony-  
mus.

80

Exo. 7.  
Strabus.Luc. 16.  
Beda

consonat magnaq; veritatis concinnitate respondet: quod in quarto Genesios capite legitur de peccato Lamech yltionem dandam esse septuagies septies. Cuius loci mysticā interpretationem assignans Alcuinus (vt glosa refert ordinaria) ait. Peccatum Lamech (qui interpretatur humilitas) significat deletionem humani generis: quod praevaricante Adam corruit. nec per legē vel circūcisionē nec per suam iustitiam surgere possunt: donec post septuaginta septem generationes secundū Lucam Christus in mundū veniens effusione sui sanguinis peccatum deleuit. Accedit eidem Hieronymus: supradictū Genesios locum ita edisserens. Aut ab Adam usq; ad Christū generationes esse septuaginta septē: secundū Lucam. Sicut ergo septima generatione peccatum Cain solutum est (non enī iudicabit deus bis in idipsum, & qui semel receperit in vita sua: non eosdē cruciatus patietur in morte quos passus est in vita) ita & Lamech/ id est totius mundi peccatum: Christi soluetur aduentu. ¶ Octuaginta autē numerus/ id est a plerisq; dicitur denotare: quod octonarius eius denominās/ potissimum circūcisionem quę apud hebreos octaua siebat die. Vnde illū Exodi septimo capite locū. Erat autē Moses octoginta annorū & Aaron octoginta triū: quando locuti sunt ad Pharaonē, mystice declarans Strabus (vt glosa adducit ordinaria) sicut. Moses dicitur hic fuisse octoginta annorū: propter circūcisionē scilicet/ quę octaua die celebrari tuisa est. Eandē enim significationē habet octogenarius: quā & octonarius infra eū minor. Et rursus eodē loco. Quando Moses & Aaron locuti sunt ad Pharaonē: Moses erat octogenarius/ Aaron vero octoginta triū annorū, quia lex per predicatorēs ad gentes oblata: circūcisionem spiritualē docuit. & ipsi perfecte mundari studebant: & sic fidem sanctae trinitatis praedicabāt. Deniq; eodē loco subnectitur, hæc utriusq; Mosi in qua & Aaron aetas hic exprimitur: quia Christus veram circūcisionem in se octaua die resurrectiois ipse uitit: & fide trinitatis: triūphantem diabolo mundū impleuit. ¶ Sunt & alij: qui per octogenarius significari putant euangeliū gratiā per obseruationē mādatorū obtentā. Q; is numerus ex denario in octonariū ducto procreatur, octonarius autē: euangeliū / nouisq; testamento gratiam prætendit, denarius vero: decalogi impletionē. Quod quidem Beda in homilia euangeliū de villico iniustitatis apud Lucam capite decimo sexto descripti approbat/ dicēns. Euangeliū gratia significatur per octonariū: sicut austeritas legis per septenariū. Sed meretur octonariū gratiani: qui præcepta custodit/ quæ significantur per decem, vt per octonarium functum

denario: gratiam intelligamus acquisitam præcepto, vt qui scribit octoginta: per decalogi custodiā perueniat ad octonarij gratiam. Poterunt & aliae huiusc numeri significaciones mysticæ: ex aliarum partium (ex quibus vel additiōe/ vel multipli catione cōsurgit) ratione/ habitudine adinuicē: atq; cōsyderatione: facile desumti.

¶ Nonagenarij numeri/ nonagesimi etiam non/ similiter & centenarij: in scripturis vistata significatio. Cap. XXII.

Onagenarius numerus/ superdiuīs supremeq; 90

trinitatis authore Cassiodoro est significatiū: q; ex nouenario in denariū ducto cōfatur ac coalescit, nouenarius autem ter continens ternarium: manifestā summę trinitatis habet expressionē. Siquidē in nonagesimi psalmi declara ratione: idē ita in calce subiungit. Nec frustrā tam gloriā psalmi huius in tali numero estimo

collocatam: quæ ter trina reuolutione denarij/ ad omnipotentem atq; indiuisibilem cognoscitur tendere trinitatē. ¶ Potest

& hic numerus fœcunditatē animæ spiritualē non absone designate: in bonorum operum partu/ fructuq; vberi, quæ his potissimum præstatur/ qui angelico iuuantur præsidio per nouenarium: expresso: & decalogum anxie obseruant/ denario numero crebrius indicatū. Qui enim celestium præsidū angelorumq; spirituū tuuatur ope/ & præcepta dei custodit: magnā assecuerat animæ in bono opere frugem. In cuius rei figurā/ Sara nona-

genaria coelesti adiuta favore filiū per reprobationē obtinuit:

quem natura ob prouectā nimis eius aetate illi negauit. ¶ At nonus supra nonagenariū numerus: plerūq; iustorū nobis insinuat numerum/ ob parabolā illam euangelicā Lucē decimo-

quinto cap. conscriptā de centū cūibus: quarum vna perdita/ reliquæ nonaginta nouem relinquitur in deserto. & vna quæ

perdita est: solicite a pastore queritur. Illic enim ī vna ove per-

ditā: peccatorū intelligitur cōditio. In nonaginta vero nouem

obiis relictis in deserto: iustorū accipititur multitudo & numerus, non enim venit dominus vocare iustos (vt ait) sed pecca-

tores ad poenitentiā. Et eo in loco parabolā exponēs dominus ait. Dico vobis q; ita gaudū erit in coelo/ super uno peccatore

poenitentiā agēte: q; sup nonagitanouē iustis qui nō idigēt poenitentia. Quę euangeliū locū Gregorius explanās ait. Quia cen-

tenarius numerus perfectus est: deus centū oves id est perfectū

numerū habuit: cū angelorū & hominū substatiā creauit. Sed

vna perire: quando homo pascuavitq; peccado dēreliquit. Ergo

e. iij.

Matth. 9.

Gregorius

denario: gratiam intelligamus acquisitam præcepto, vt qui scribi-

bit octoginta: per decalogi custodiā perueniat ad octonarij

gratiam. Poterunt & aliae huiusc numeri significaciones my-

sticæ: ex aliarum partium (ex quibus vel additiōe/ vel multipli

catione cōsurgit) ratione/ habitudine adinuicē: atq; cōsyderatione: facile desumti.



Cassiodorū

Gene. 21.

99

Lucæ. 15.

Matth. 9.

- Gregorius** quia rationalis creature numerus pereunte homine erat dimicatus: querit in terra hominē vt summa integrē. Dūmisit autē nonagintanouē in deserto: quia illos summos angelorū chōros reliquit in cōelo. Hęc Gregorij. Ex cūlū verbis iā p̄spēcta habet vna cētenarij numeri significatio: vt pote q̄ pfectio-  
100 nis & cōpletionis est index. Nēpe authore Gregorio in vltimo libro moraliū: denarilus numerus pfectus dicitur/ quia tota lex in decem p̄ceptis cōprehenditur. Centenarius autē: ex denarij in seipsum reuolutione aggignit. designat igitur centenarij absolutā cōpletāq̄ pfectionē: vt sui lateris atq̄ radīcis naturam teneat & cōditionē/ quinimmo vt idipsum quod suū latus: sed vberius & copiosius insinuat. Prolnde eo numero in scriptura  
Match. 13. s̄p̄ius exprimit̄ rei pfectio: vt cū de semine iacto in terrā bona dicitur/ q̄ ortū fecit fructū centuplū/ id est cū largo incremēto pfectū. Et primi Paralipomenō cap. vicesimoprio. Augeat dñs popula suū: centuplū q̄ sunt. Id est ad pfectā v̄sq̄ multitudinē/ copiāq̄ puchat. Eandē cētenarij (quæ modo posita est) significationē cōprobat Origenes: in secunda super Genesim homē dicēs. Centenarius numerus/plenus in omnibus & pfectus ostendit: & totius rationabilis creature cōtinēs sacramentū. si-  
2 cut in euāgelijs legim⁹: vbi dicit/ quia habēs quis centū oues/ ex quibus cū perissat vna/relictis nonagintanouē in montibus: descedit querere eā quæ perierat. quāq̄ inuentā humeris suis reportauit: & posuit cū illis nonagintanouē quæ nō perierant. Est itaq̄ centenarius: tot⁹ creature rationabilis/numerus. Hęc ille. Secūdo vero loco cētenarius p̄miū designat atq̄ mercedē sanctorū in cōlesti regiōe. quoniam ab antiquis: certo digitorū inflexu atq̄ dispositiōne/ collocatiōeq̄ eorū & situ numeros ūnes designatib⁹: centenarius figurari solebat vngue in-  
dictis dextræ manus fixo in mediū articulū pollicis eiusdē manu. cū ceteri numeri ūnes ante cētenariū/ signari apud eos so-  
leant: certa quadā lege positionis digitorū sinistræ manus. Hu-  
iustimod⁹ autē infixio vnguis ipsius idicis dextræ in mediū polli-  
cis locū: specie quandā circuli/ coroneq̄ rep̄sentat ob inflexionē in gyrū. Coronæ vero figura manifeste illuat p̄mū: s̄actis qui legitime certarūt/ i regno celorū p̄paratū. Qz si testē huluse si-  
gnificatiōis cētenarij quis exposcit: illico ossert se Cassiodor⁹ au-  
thor grauiſſimus/ in cētesimi psalmi expositione dicēs. Merito sanctissimus iste qui in medio dom⁹ diuīs misericordiā & iudi-  
cium domini pura mente cantauit/ hunc numerum centena-  
riū obtinuisse vldetur: qui specie defyderabilis coronæ/ digi-  
torum dextræ manus inflexione designat; hoc donum marty-

rum: hoc est virginum munus. & quicquid est extīmū in ecclēsia: tall fructū peruenire demonstratur ad p̄mū/ sicut dicit apostolus. De reliquo reposita est michi corona iustitiae: quam reddet michi dominus in illa die iustus iudex. Orbis ipse terrarum hoc scemate fertur ambiti: cōlū in īnumeris autho-  
rib⁹ legimus esse conuexum/stellas videmus sphaera rotun-  
ditate fulgentes / solem ipsum circuli pulchritudine radiare. Lunam quoq̄ certum est in hanc ventre formam: quando no-  
scitur esse perfecta. Et ideo consyderemus cūlus hęc persona sit meriti/ cuius elegantia comprobetur: vt in hoc calculo posita esse v̄deatur/ qui et p̄miorū īgentium continet dignitatem/ & creaturārum cōlestium portat imaginem. Pudet enim dicere peccatis obnoxium: centenarij numeri focūditate pro-  
iectum. & quod sanctorū diximus meritis applicatum: indi-  
gno michi fuisse collatum. Hęc Cassiodorus. Quocirca in scri-  
pturis id plerumq̄ obseruatum compriemus: remunerationē & p̄mīa cōlestia centenario numero explicari, vt apud Mat-  
theum capite decimonono. Et omnis qui reliquerit domum vel fratres aut sorores / aut patrem aut matrem / aut yxorem aut filios/ aut agros propter nomen meum: cētuplum accipiet & vitam āternam possidebit. Et apud Marcum capite decimo.  
Amen dico vobis / nemo est qui reliquerit domum aut fratres aut sorores / aut patrem aut matrem / aut filios aut agros/ propter me & propter euāgeliū: qui non accipiet centesimū nunc in tempore hoc: domos & fratres & sorores/ & ma-  
tres & filios/ & agros cum persecutionib⁹: & in sēculo futuro  
3 vitam āternam. Demum tertio loco centenarius numerus: fructum & dignitatem virginalis candoris frequenter nobis explicat. q̄ quanto centenarius numerus trigenarū et se-  
xagenarū exuperat: tanto virginitatis status nuptialem qui per trigenarium / & vīdualem qui per sexagenarium dī-  
ctus est significari: pr̄stabilitate vincit ac transcendent. vt merito illi centesimus respondeat fructus: ex semine in ter-  
ram bonam iacto enascens. Attestatur idipsum beatus Hiero-  
nymus: in primo libro contra Iouianum dicens. Centesimus & sexagesimus & tricesimus fructus/ quis de vna terra & de vna semente nascatur: tamen multum differt in numero. Triginta namq̄ referuntur ad nuptias. nam & ipsa digitorū coniunctio quasi molli osculo se complexans & foderās: maritū p̄ingit & contigem. Sexaginta vero ad vīduas: eo q̄ in angustia & tribulatiōne sint positae/ vnde & superiori digito deprimuntur, quantoq̄ maior est difficultas/experte quoddā vo-  
e. illij.

2. Timo. 4.

Matth. 19.

Marcl. 10.

Hierony-  
mus,

Iuptatis illecebris abstinere: tanto malus & premis. Porro censimus numerus (diligenter queso lector attende) de sinistra transferit ad dextram & h[ic]dem quidem digitis sed non eadem manu/ quibus in leua nuptiae significant & videtur: circulum faciens/ exprimit virginitatis coronam. Verum quoniā haec beati Hieronymi verba (sicut & pleraque alta sanctorum patrum prius posita dicta) plene intelligi non possunt: sine regula & arte numerandi & quosque numeros explicandi per digitorum situs/ inflexiones atque certas quasdam positiones / ab antiquis olim obseruata: idcirco in calce huius opusculi / hunc modum & ritum numerandi priscorum paucis explicabimus. ut quae per illius ignorationem abstrusa sunt & intellectus imperusa: eo ad aperto ac cognito euadant dilucida.

**C**Quid centesimus duodecimus numerus/ itidem & post centenarium vicesimus: mysticum signent. Cap. XXXII.

112



Entenatrum vero consequens duodenarius: idem fere designat quod ante centenarium duodenarius / sed exuberanter atque augustius: totam scilicet sanctorum in coelesti ciuitate multitudinem atque frequentiam. Ut enim centenarum antecedens duodenarius: praecipios sanctae sion & ecclesiae presentis patres complectitur/ sanctos inquam prophetas & apostolos: haud secus ex affectione centenarii accrescens duodenarius/ sacram illam supernam Hierusalē & clutum coelestium coprahendit coetum: totamque illam foelicissimae regionis curiam. Quod vel ex Cassiodori patet sententia: in explanatione psalmi centesimi duodecimi dicentis. Vehementer admiror/ quotiens istum numerum reperio: ingentium sacramentorum honore plenissimum. Ipse enim calculus apostolos complectitur/ ipse Israeliticum populum diuisit in tribus: futuram illam (sicut pater Hieronymus ait) significans beatitudinem duodenaria quantitate distingui. Verbi gratia. ut primū locum habeant apostoli/ secundū prophetæ/ tertīū martyres/ quartū infantes post baptismum rapti/ quintū virgines/ sextum vere possidentes. ut sic usque ad duodeci partes per diuersas meritorum distantias gaudeatur. Hoc tangere videtur apostolus cum dicit. Alta claritas solis/ alta claritas lunæ/ alia claritas stellarum. Et alibi. Stella ab stella differt in claritate. Sic erit & resurrectio mortuorum. Quapropter iste psalmus post centesimum duodenario numero constitutus/ futuræ nobis beatitudinis ima-

Cassiodor.

1. Corin. 15

ginem compromittit: quando ad illam æternę latitatem similitudinem / fugiter dominum a pueris praecipit esse laudandum. 120  
**C**aeterum centesimus vicesimus numerus/ a scripturis inuenitur itidem saepius frequetatus: ob occultam mysterij quod continet significantiam. Imprimis enim designat tempus pœnitentiale concessum hominibus: a prima denunciatione delendi generis humani usque ad tempus diluvii facti sub Noe. quæadmodum sextum Geneseos caput enarrat dixisse deum. Non permanebit spiritus meus in hoste in æternū: quia caro est. Eruntque dies illius centum viginti annorum. usque ad diluvium scilicet: ad agendam pœnitentiam. Quod liquido declarat Hieronymus (ut eo affert loco glosa ordinaria) dicens. Ne autem deus videatur crudelis/ quia locum pœnitentiae non dedit: adiungit/ erunt dies illius certum viginti anni. Non enim intelligitur prædicti esse anni vite humanæ: cum post inueniatur homo amplius vixisse. sed intelligitur ante annos viginti quod inciperet arca fieri (quæ facta legitur centum annis) deum ad Noe hoc dixisse/ pronunciando diluvium. non vitæ humanæ deinceps futuræ præscribendo spaciū: sed eorum quos erat diluvio deleturus. Hec Hieronymus.

2

**C**Secundo idem numerus centenarius & vigenarius/ typū figuræ veteris & nouæ legis præfert: eorumque qui in utroque testamento legis & euangelij precepta implere laborant. quia ab uno ad quindecim continua serie sumptorum numerorum aggregata summa: cōficit centū viginti. Quindenarius autem/ utriusque gerit testamenti significationem: quod ex septenario & octonario simul confundit exurgit. quorum hic ad nouum testamentum propter dilectionis: ille vero ad vetus pertinet propter sabbatum. Cōprobatur idipsum glosa ordinaria: explicans locum illum tricenni quarti capituli deuteronomij. Moses centū & viginti annorum erat quando mortuus est. Vbi dicit. Si ab uno per naturalem ordinem usque ad quindecim: singulorum numerorum summas coniunxeris/ unum scilicet & duo & tria & deinceps: centū viginti fiunt. Quindenarius vero: ex septem & octo conficitur. Septem ad sabbatum refertur/ octo ad circumcisionem: quia octaua dicitur circumcidetur puer. Si vero ad nouum testamentum respicias: habes septem dona spiritus sancti/ & in octauo resurrectionem Christi. Centum viginti ergo eos significant: qui vel in veteri vel in novo testamento/ legis & euangelij precepta implere student. Similiter in actis apostolorum capite primo/ cum describitur surrogatio & ascriptio sancti Matthie in numerum apostolorum loco Iude proditoris: ait Lucas. Erat autem turba hominum simul fere centum viginti. Quod expotens Rabanus in glosa

Genc. 6.

Hierony-  
mus.

Cap. II.

Deute. 34.

Actu. 1.

Signi.

Rabanus. sa ordinaria dicit. Hic numerus centum viginti: congruit etiam Mosis. vt sicut sub hoc numero Mose defuncto / Ihesus successit: qui populum in terram promissionis induxit. sic veteri legi in ecclesia principatus Christi successit: verum Israel dicens ad regnum coeli. Iste etiam numerus ab uno usq; ad quindecim crescit: habens septem & octo typum nouae & veteris legis. Oportebat enim vt sacramentum quod legislator in annis exhibuit: hoc gratiae predicatores in numero designarent. ¶ Tertio loco 3 numerus centesimus vicesimus quem explicamus: aeternam saeculorum beatitudinem in futura vita designat/ propter habitudinem eius ad quindenarum iam expressam/ vita venturi saeculi designatiuum. Nempe septenarius & octonarius quindenarius partes: placidam coelestis patriae quietem insinuant. hic quidem corporum requiem in resurrectione ultima( quam signat) venturam. ille vero: quietem animarum iam corpore solutarum. Attestatur hoc gloria ordinaria in explanatione supradicti loci de cetero Mosis in qua mortuus est: ex deuteronomio adducti/ dicens.

Deute. 34. Qz Moses centum & viginti annorum erat quando mortuus est: hoc significat tam eum q; ceteros patres veteris testamenti post perfectionem mandatorum del quae est in duob; praeceptis charitatis/ per gratiam Christi & sanguinis redemptions/ aeternam quietem & futuram vitam aptos esse. Centum viginti sunt anni legislatoris: quo numero confirmata est altitudo Salomonici templi. Primitiva quoq; ecclesia post passionem & resurrectionem dominicae ascensionem: hoc numero virorum gratia spiritus sancti accepit. Quindecim namq; qui ex septem & octo constant/ fueram vitam significant: quae nunc geritur in sabbato animatum/ perficitur autem in resurrectione corporum. In trigonum quoq; quindenarius ductus/ id est cum partibus suis annumeratus: efficit centum viginti. Apte ergo/ centenario & vicenario electorum beatitudo in futura vita signatur: & tertium domus dei cænaculum consumatur, quia post fidelium labores/ post requietem animarum: plena ecclesiæ felicitas in resurrectione gloria complebitur. Porro hoc loco/ tertium domus dei cænaculum: centenario & vicenario refertur consumatum/ & paulo superius eo numero dicitur fusse confirmata altitudo Salomonici templi: quoniam vt secundus habet liber Paralipomenon capite tertio/ altitudo domus domini ædificata a Salomone: centum viginti cubitorum erat.

¶ Quid mysterij centenarius et quinquagenarius / centenarius itidem & post quinquagenarum ternarius: in scriptis habeant.

CAP.XXIII.

Nume.

34.



Entenari autem & quinquagenari numeri in scriptis admmodum sacratus habetur & mysticus: propter psalmorum numerum & certam quantitatem/ quam summa sua complectitur. Sunt enim (vt norunt omnes) centum & quinquaginta psalmi: diuinorum mysteriorum referuntissimi/ & spiritu sancto dicti ante descripti, qui sub quotidianas deo laudes persolutus/ ut per tenuitatem nostra illos supernos ciues imitemur saltem in umbra & remota imagine: qui habitant in domo domini/ & in saeculorum assida psalmodia sunt ipsum laudaturi. De quo nomine psalmorum numero: Cassiodorus in calce expositionis psalmi septuagesimi ita disserit. Patres nostri psalmorum numerum in veteris ac noui testamenti sacramentis ita considerunt esse diuidendum. Septem scilicet decades/ ponentes in sabbatum: quod ad primam illam pertinet sine dubitatione culturam. Octo vero / nostro tempori deputantes: qui resurrectionem domini per singulas hebdomadas die octaua veneramur. Ideoq; per utramque suppurationem: vetus & nouum testamentum sacratus iste numerus dinoscitur continere psalmorum. Quod enim centum quinquaginta possunt in numero singulorum: hoc valent significare quindecim decades in ordine deniarum. eoq; fit ut calculus iste psalmorum: nouo & veteri testamento competenter aptetur. Idem quoq; in explanatione psalmi centesimi quinquagesimi: de eodem psalmorum numero ita pertractat. Hic (inquit) totus ordo psalmorum/ quantum humanum ingenium vestigare præualuit: dupliciti mysterio noscitur esse decursus. Primum. sicut auctoritate patrum dictum est: noui & veteris testamenti sacramenta complectitur. Septem quippe decades referuntur ad sabbatum: quod ad primam illam pertinet sine dubitatione culturam. Octo vero/ nostro tempori deputantur: qui resurrectione domini die octaua/ pia deuotione veneramur. Secundo quoq; domino largiente prospexitus: q; ceterum quinquaginta diebus superducto diluui/ criminibus suis terra diluta est. Sic psalmorum spiritualis abyssus/ peccatis inquinata corda mortali: usq; ad iudicij temporis perpetua emundatione purificat. & fit nobis ex ipso salutare diluui: quod nostrum sensu delictis sordidum reddit ablutum. Hæc Cassiodorus.

150

Psal. 8;

Cassiodor

Gene. 7.

contextum (etsi diffusus admodum sit & prolixus) hic subiecim⁹:  
quoniam ad precedentium itidem & praesentiū que in manib⁹  
sunt corroborationem/admodum conferunt. Primum (inquit)  
Augustin⁹ quindenarius numerus/ex quo iste centum & quinquaginta  
quindenarius numerus:multipliatur (quod enim va-  
lent quindecim in ordine singulorum:hoc valent centum qui n  
quaginta in ordine denariorū/quoniā quindecies dent eos faci-  
unt. hoc valent mille quingenti in ordine centeniorum:quo-  
niam quindecies centenī sunt. hoc valent quindecim milia i or-  
dine mileniorum:quoniam quindecies mille sunt )quindena-  
rius ergo numerus:concordia significat duum testamentorum.  
Exo. 20. In illo enim obseruatur sabbatum:quod significat quietem. In  
Isto dominicus dies:qui significat resurrectionem. Sabbatū au-  
tem est dies septimus. dominicus vero post septimum:quid nisi  
Marci. 16. octauus/ idem qui primum habendus est! Ipse enim dicitur etiā  
vna sabbati:vt deinde sit secunda/tertia/quarta/& deinceps vsq; ad septimum sabbatum. A dominico autem vsq; ad dominicū/  
octauus est dies:vbi testamenti noui reuelatio declaratur/quod  
in veteri tanq; sub terrentis promissionibus tegebatur. Septē por-  
ro & octo:quindecim sunt. Tot sunt & cantica que appellantur  
graduum:quoniam totidem fuerunt etiam templi gradus. Dei  
de etiam quinqua genariorū numerus magnū sacramētum p̄r-  
se gerit. Cōstat enim de septimanā septimanarum:addito vno  
tanq; ipso octauo/ad quinqua genariorū numerum terminādum.  
Septes quippe septem/quadragesita nouem faciunt: quibus vn⁹  
additur/ut faciat quinquaginta.Q uis numerus quinquagenari⁹  
vsq; adeo magna significationis est:vt ex domini resurrectione  
tot diebus completis/ ipso quinquagenario die venerit super eos  
qui in Christo fuerāt congregati/spiritus sanctus. Qui spirit⁹ sā-  
ctus in scripturis septenario p̄cipue numero commendatur: si  
ue apud Esaiam/sive in apocalypsi. vbi apertissime septem sp̄ri-  
tus dei perhibentur: propter operationem septenariam vniuersi/  
et usdem sp̄ritus. Quae operatio septenaria: per Esaiā prophe-  
tam ita commemoratur. Requiescat super eum sp̄ritus domini/  
sp̄ritus sapienti⁹ & intellectus/sp̄ritus consilij & fortitudinis/  
sp̄ritus scientiae & pietatis/& sp̄ritus timoris domini. Ipse des-  
bet intelligi timor domini castus: permanens in sæculum sæcu-  
li. Seruilem autem timorem consumata charitas foras mittit/&  
Leui. 23. nos liberos facit ne seruilia opera faciamus:que sabbato prohi-  
bentur. Charitas autem dei diffusa est in cordibus nostris/p̄sp̄i-  
ritum sanctum qui datus est nobis. Hinc quoq; sp̄ritus sanctus  
septenario numero commendatur. Quinquagenari⁹ vero: etiā

In quadraginta & decem dominus dispartitus est. Die quippe Actu. 1.  
quadragesimo post resurrectionem suam ascendit in cœlos: ac  
deinde cōpletis diebus decem misit sp̄ritum sanctum. quadra-  
genario scilicet numero/ temporalem in hoc mūdo cohabitatio-  
nem cōmendans: quoniam quaternarius in quadragesimo nu-  
merus p̄reualet/ quatuor autem partes habet mundus & ann⁹.  
Denario vero addito/velut mercede pro ipleta lege bonis ope Matth. 20,  
ribus reddita: ipsa æternitas figuratur. Hūc quinquagenarium  
triplicum habet centesimus et quinquagesimus numerus: tanq;  
eum multiplicauerit trinitas. Vnde & hac causa nō inconuenie-  
ter intelligimus: istum numerum esse psalmorum. Nā & in illo  
numero piscium qui capti sunt retibus post resurrectionem mis-  
sis/ad centum quinquaginta additū tribus: velut admonitio vi-  
detur facta/in quot partes debeat iste numerus dissipari/ ut ter-  
 habeat quinquagenos. q̄q ille numerus pisci⁹ habeat & aliam  
rationem longe subtiliore & iocundiore: q̄ decē & septem i tri-  
gonū missis/ id est ab vno vsq; ad decē & septē/oibus compu-  
tatis; ad eundem numerum perueniuntur. In decem autem:lex/ i  
septem vero: gratia significatur. quia legem non implet nisi cha-  
ritas dei diffusa in cordibus nostris per sp̄ritum sanctū: qui se-  
ptenario numero significatur. Hæc Augustinus. ¶ Secundo ve-  
ro loco numerus quem elucidamus/ ut pote centesimus quiqua-  
gesimus/nulla habita numeri psalmorū ratione aut considera-  
tione/ ut prius: insinuat vtriusq; nobis testamenti mysteria & sa-  
cramenta. Quod dilucide primum cōprobat Cassiodor⁹ in ex-  
planatione octogesimi noni psalmi/ & eo quidem loco qui de se-  
ptuaginta annis & octoginta mentione facit: ostendens per se-  
ptuagenerū & octogenariū coniunctos (qui simul compleat cē-  
tum quinquaginta) significari vtrūq; legis diuine testamētum/  
cum ait. Sed numerū septuagenerū legi potius decenter apta-  
mus: que sabbatum diem septimū/ obseruandum esse p̄cepit.  
Octogenariorū vero populo Christiano aptissime deputamus:  
qui octauum dñe resurrectionis dominice sancta festiuitate ve-  
neratur/ ut duo testamenta per hunc numerū significasse videa-  
tur. Ipsa sunt enim p̄cepta: in quibus fideles antīx saluberrī  
ma mentis valitudine reguntur. Deniq; beatus Augustinus in  
prædicti psalmi octogesimi noni dilucidatione: eandem assert sē-  
tentiam dicens. Septuaginta & octoginta: sunt centū quinqua-  
ginta. In centum vero & quinquaginta/eadem significatio est:  
que in quindecim. denarius enim in quindecim ductus: consti-  
tuit totum hunc numerū. Insuper & quindenarius ex denomi-  
nacibus septuagenerū & octogenariū simul sumptis: scilicet se-

Ioan. 21.

Rhoma. 5.

Psal. 84.

Cassiodor⁹

Augustin⁹

Signi.

ptenario & octonario / compactus est. Nullus enim est qui ne-  
sciat: quindecim ex septem et octo constare. Septem signat vet⁹  
testamentum: propter sabbatum quod obseruari mandabatur.  
Obserabant enim patres veteris testamenti septimum diē / se-  
ptimam septimanam / septimum mensē / septimū ānū septimæ  
decadis: qui tubileus dicitur. Octo vero: nouum designat testa-  
mentum / propter resurrectionem domini octaua die factā. In-  
de sunt quindecim gradus in tēplo: in psalmis / quindecim cātica gra-  
duū. Inde etiam quindecim cubit⁹ aqua diluuij super montes  
summos excreuit. ¶ Deinde numerus centesimus quinquage-  
simus tertius a scripturis etiam celebratus est: eo potissimum in  
loco euangelij / qui refert post rete missum ad dextram nauigij  
fusſu domini / a discipulis post resurrectionem domini pīscat⁹  
intensis conclusos esse & captos pīscēs centum quinquaginta  
tres: sine retis fractura. Quo quidem numero designatur san-  
cta electorū ecclesia / in regno cōlorum beatitudinem ade-  
pta: ad quam per bonam operationem & fidem trinitatis / tanq  
rectam viam peruererunt. Id luculenter beatus Gregorius i su  
prādicti euangelij homelia diffuseq demonstrat: dicens. In te-  
stamento veteri: omnis operatio per decalogi mandata prae-  
cipitur. In novo autem: eiusdem operationis virtus per septifor-  
mem gratiam spiritus sancti multiplicatis fidelibus datur. quē  
propheta denuncians dicit. Spiritus sapientiae & intellectus/  
spiritus consilij & fortitudinis / spiritus scientie & pietatis: & re-  
plebit eum spiritus timoris domini. Sed ille in hoc spiritu ope-  
rationem percipit: qui fidem trinitatis agnoscit. vt et patrem &  
filium & eundem spiritum sanctum: vniuersitatis virtutis credat / vni-  
us substantiae esse fateatur. Q uia igitur septem quae superius di-  
ximus: per nouum testamētum latius data sūt / decē vero præce-  
pta / per vetus: omnis nostra virtus & operatio / per decem & se-  
ptem potest plene compræhendi. Ducamus ergo per trigonū /  
decem et septem: & veniunt quinquaginta vnum. Q uia profetico  
numerus a magno mysterio non vacat: quia in testamen-  
to veteri legit̄mus q̄ annus quinquagesimus / tubileus vocari fus-  
sus est / in quo videlicet cunctus populus ab omni operatione  
quiesceret. Sed vera requies in vnitate est: diuidi quippe vnum  
non potest. vbi enim scissura diuisionis est: vera requies nō est.  
Ducamus igitur per trigonum / quinquaginta & vnum: & fiunt  
centum quinquaginta tres. Quia igitur & omnis operatio no-  
stra in fidem trinitatis exhibita / ad requiem tendit: decem et se-  
ptem ter ducimus / vt ad quinquaginta vnum ventre debea-  
mus. Et quia vera nostra requies tunc est: cum ipsam tam clas-

Gene. 7.  
153

Ioan. 21.

Gregorius

Esa. 11.

Nume.

ritatem trinitatis agnoscimus: quam in vnitate diuinitatis es-  
se certum tenemus / quinquaginta & vnum ter ducimus: &  
electorum summam in superna patria / quasi centum quin-  
quaginta trium pīscum numerum tenemus. Post resurrecti-  
onem ergo dominū missum rete / dignum fuit vt tot pīscēs ca-  
peret: quot solummodo electos clues supernae patrie designa-  
rent. Hac Gregorius: quae diligentí attentione sunt anno =  
tanda.

¶ Q uid ducentenus numerus / trecentenus / quadringentenus  
& quingentenus: in scriptura designant.

CAP. XXV.



Aeterum quemadmodum dicit glosa ordina-  
ria explanans illud verbū euangelicū / Ioānis  
sextō capite scriptum. ducentorum denario-  
rum panes nō sufficiunt eis: vt vnuſquisq; mo-  
dicum quid accipiat. centenarius duplicat⁹ ſi  
gnificat perfectionem bonae actionis & ratio-  
nalis scientie. quae erudiendis in fide non ſuf-  
ficiunt: niſi eis altitudo theologiae addatur. q̄  
āimas per bonam operationem purgatas / &  
per ſcientiam rerum creatorum illuminatas: ad consumatā ſpi-  
ritualium refectionum plenitudinē perducit. Ex quo itque: nu-  
merum ducentenum ſignificat perfectionem honorū operum  
et philosophie mundanæ / quae via rationali & ductu ratiocina-  
tionis doctrinalis: nos inducit in cognitionē creaturarū. ¶ Tre-  
cent⁹ vero numerus ſignificat vno modo ſensu noſtrō cor-  
poreos tū exteroles tum interiores / ſensu item ſpirituales ani-  
mę (qui cognitione quadā et germanitate ad corpus: ſumuntur)  
perfecte repressoſ: atq; ad virtutis accommodatos vſū. Sicut i ex-  
pliſatione illius loci euāgelici apud Marcū cap. decimoquarto.  
Poterat enī vnguentum iſtud venūdari plusq; trecētis denarijs:  
& dari pauperibus / inquit Hieronymus: vt ibidem adducit glo-  
ſa ordinaria. Sub pretextu auaritiae: Iudas mysteriū loquitur fi-  
deli. Etenim noſtra fides trecentis emitur denarijs: id est decem  
ſenſibus / per corpus / animam & ſpiritum tripliſatis. vt & nos ſi  
cuit Gedeon trecentorum virotum numerum аſſumentes: allo-  
philorum caſtra pauperes ſpiritu fractis lagunculis noſtris cum  
tubis et lucernis deſtruam⁹. & ſicut Abraham cum trecentis vi-  
ris ſpolia diuidamus ad vſperam. ¶ Designatur itidem trecen-  
teno numero perfecta trinitatis cognitio / interdum vero ſanctę  
crucis mysteriū: q̄ thau littera hebreā figurā crucis pīferēs / tre-  
centenū numerū designet apud Iudeos. Vtraq; harū ſigni-  
ficationū manifeſte colligit ex glosa ordinaria exponente locū.

200

Ioan. 6.

300

Mar. 14.

Hierony-  
mus.

Iud. 7.

Gen. 14.

## Signi.

Iudic. 7.

Origenes.

Gregorius

Ezech. 9.

Gene. 14.

Lucæ. 13.

Isidorus.

illum scripturæ Iudicum septimo capite positum: ubi dominus ait ad Gedeon. In trecentis viris qui lambuerunt aquas libera bo vos: & tradam in manu vestra castra Madian. At enim primum, ex Origene in homelia nona super librum Iudicum, Trecenti sunt soli electi probati & ad victoram consecrati: qui etiam ipso numeri sacramento obtinere aduersarios possunt. Trecenti enim sunt qui tertio centena multiplicant: & perfecte trinitatis numerum ferunt, sub quo numero: omnis Christi censet exercitus. In quo obtinemus: ut etiam nos mereamur ascribi. Rursum eodem loco ex Gregorio. Solet in centenario plenitudo pietatis intelligi, quid ergo in trecentis: nisi perfecta cognitio trinitatis? Deinde eodem loco ex Gregorio subnectit. Trecentorum numerus in thau littera continetur: & per speciem crucis designatur, quae crucis formam tenet. Cui si per transuersam lineam id quod in cruce eminet adderetur: non iam crucis species sed ipsa crux esset. Quia ergo hic numerus in thau littera continetur: et per eam species crucis ostenditur: merito in his trecentis Gedeonem sequentibus illi designantur: qui abnegant semetipsos/ tollunt crucem suam & sequuntur Christum. de quibus etiam dicitur apud Ezechielem. Signa thau super frotes virorum gementium & dolentium. Deinde eodem loco tursum dicitur. Hic numerus trecentorum sancte crucis: etiam in vernaculis Abrahæ aduertitus est: per quos fratrem ab hostibus liberauit: quando eum Melchisedech magno mysterio benedixit. Quod enim exuberant decem & octo: videtur significare/ quo tempore fieret victoria per crucem atque benedictionem: id est tertio/ quod futurum erat sub gratia. Nam primum est ante legem/ secundum sub lege/ tertium sub gratia. Singula vero tempora/ senaria significata sunt numero: propter perfectionem. ter enim sunt: decem & octo sunt. Vnde & mulier decem & octo annos habebat in infirmitate: quam curuam falsuator erexit. Denique eandem fere exprimit sententiam Isidorus/ adductus in glossa ordinaria in explanatio illius loci scripture: decimoquarto Geneseos capite positi. Quod cum audisset Abrahæ capitulum Loth fratrem suum: numeravit expeditos vernaculos suos trecentos decem & octo/ & persecutus est eos usque Dan. ubi dicit Isidorus. Abraham in trecentis decem & octo aduersarios debellauit: quia nos in sacramento crucis: quam littera thau representat: quod trecenta significat) quinq; sensus carnales nos atea vestris viciis captiuentes superamus. Decem vero & octo ex ternario & senario multiplicatus/ fidem trinitatis et perfectionem significat operis: quibus virtutum contra vicia/ plena victoria perficitur. ¶ Sunt preterea viri per celebres & graui authoritate/

## Num.

37

qui per trecentos & octodecim vernaculos Abrahæ quibus hostiles profligauit & excusit predam de manibus eorum: signatos esse & premonstratos putant trecentos & octodeci grauissimos patres/ qui in concilio Niceno ynanim sententia & uno ore determinarunt filium dei unigenitum esse / id est consubstantiale patri/ & de patris substantia aeternae genitum. contra blasphemias & impietatem Arius: oblatratis filium dei esse creaturam/ neque deo patri coaeternum/ sed ex non existentibus productum: vt per ipsum tanquam instrumentum mundus iste produceretur. Quas meras infanias a patre mendacijs aduentas execrata est catholica ecclesia: & orthodoxæ fidelis sententia a celebrissimis illis patribus latam plentissime amplexata. Nempe & in Abraham vernaculis & contionis Nicenæ patribus/ idem copertur omnino numerus: vt hic per illum praesignificatus non in merito credi possit. Respondet & consimile in utrisque opus/ atque officium. Ut enim serui illi Abrahæ hostilem fuderunt insigni victoria exercitum: ita & sacrosanctæ synodi Nicenæ patres/ eodem profus (vt diximus) numero comprehensi: vesanam hereticorum cohortem/ & turbam demoniacam sibila dira mouentem contra Christi divinitatem/ grauique turbine infestantem dei ecclesiæ: debellearunt/ egerunt in fugâ/ atque subneruarunt. praefiteruntque: vt via veritas celebrè egerit de hostibus suis triumphum. Cæterum determinatus ille numerus grauissimorum patrum concilij Nicenæ/ quod tantus scilicet fuerit quantum nominatus: cum ex alijs passim habetur/ tum ex beato patre Hieronymo/ ita ad Damascum summum pontificem scribente. Precatur ergo cliens tuus: vt vox ista psallentium in sede Romana die nocturna canatur. & vt in fine cuiuslibet psalmi/ siue in matutinis horis siue vespertinis: coniungi precipient apostolatus tui ordo. Gloria patri/ & filio/ & spiritui sancto. sicut erat in principio/ & nunc/ & semp: & in saecula saeculorum. Amen. Istud carmen omni psalmo coniungit precipientias: vt fides trecentorum octodecim episcoporum Nicenæ concilij/ etiam vestri oris consortio declaretur. Haec Hieronymus. ¶ At vero quadragegenitus numerus: durus seruitutis filiorum Israel in Aegypto/ & hominum sub peccati iugo oppressionis est descriptivus. Nam decimoquinto Geneseos capite legitur dominus dixisse ad Abraham. Scito prenoscens quod peregrinum futurum sit semen tuum in terra non sua: & subiicient eos seruituti & affligent quadragegenitis annis. Idem etiam commemorat beatus Stephanus in actis apostolorum capite septimo: dicens de Abraham. Locutus est autem et deus/ quia erit semen tuum accola in terra aliena; & seruituti eos subiicient/ & male tractabunt eos annis

f. 1.

Hieronymus.

Gene. 15.

Actuū. 7.

400

Gala. 3.

quadringtonit. At vero beatus Paulus ad Galatas scribens/terto suae epistolae capite supradictis quadringtonit annis adiicit trigaña annos: cū ait, hoc autem dico testamentū confirmatum a deo/ quæ post quadringtonos & trigaña annos facta est lex nō irritum facit: ad euacandas promissiones. In Genesi vero & enarratione sancti Stephani: illorū trigaña annorum nō sit expressa mentio. aut quia nō idem sumitur exordium et finis suppunctionis annorum: hic & illuc, aut quia aliquando in scripturis vbi magnus ponitur numerus minor adiectus: minor numerus causa breuitatis pretermittitur/ vbi nō diligētia numerandi sed magnitudo tantum demonstratur. Solet enim plerisque scriptura ita numerare tempora/ ut quod summa numeri maioris paululum excedat aut infra est; nō computetur. Quoniam igitur in fornace ferrea Aegypti populus Israëliticus igne tribulationis fuit excoctus & graui pressus seruitute: Aegyptus autem quod tenebris interpretatur statim qualitatibus peccati insinuat/ quod hominem interioribus inuoluit tenebris: haud absurde quadringtonento numero/ oppressio hominis sub onere & sarcina vicerum exprimitur: ipsum in captiuitate redigentium. ¶ Denique quingentenus numerus perfectione quietis figurat: quoniam sit de quinquagenario decies ductus. quinquagenarius autem requiem: & denarius perfectione signat. ut superlata monstrarunt. Vnde beatus Gregorius exponens illud verbū Iob primo cap. q̄ ipsi Iob fuerunt quingenta luga boum & quingentę asinę: ait. In quinquagenario numero/ qui septē hebdomadibus ac monadē addita impletur: requies designatur. denario autem numero: summa perfectio exprimitur. Quia ergo fidelibus perfectio quietis promittitur: quasi quinquagenario decies ductus/ ad quingentesimum peruenit.

¶ Quid sexcentenus numerus / septingentenus/ octingentenus/ & nongentenus: in scripturis insinuat. Cap. XXVI.

600 Excentenus autem numerus operū perfectio nem significat & completionē: quēadmodū senarius elus denominans. Vnde glosa ordinaria dilucidans illū locum Geneseos capite sexto positum. Erat Noe sexcentorum annorum/ quando diluvij aquæ inundauerūt super terram: ait ex Isidoro. Quingentorum annorum erat Noe: cum precepit ei dominus ut arcā faceret. & sexcentorum: cū iam ingressus esset. vnde colligitur per centū annos arca fabricata. Centū vero anni significat singulas ætates seculi. Vnde sexta cōpletis quingentis vscq; ad

Exo. 1.

500

Iob. 1.  
Gregorius

Gene. 6.

sexcentos: significat in manifestatione euangeli ecclesiā construi. Secundus quoq; mensis sexcētesimi anni: significat senariā ætatem. duo enī mēses: sexagenario dierū cōcludūtur. A senario autem sexaginta nūcupant/ & sexcēti/ & sex mīlia/ & sexcēta mīlia. & deinceps in maioribus sumis: dū per eundē articulū numerus surgit. Maiores autem numeri/ suorū minimorū a quibus pri mū denoiantur & accipiunt originē: seruāt etiam significationē.

¶ Porro sexcētesim⁹ sexagesim⁹ sextus nūerus designat inter uallū annorum/ a tempore incarnationis dñi nostri vscq; ad subdolā legistrationē pseudoprophetę Mahometi. qui circa finē iperij. ip̄fius Heraclij anno dñi sexcētesimo sexagesimo sexto aut circiter: pestiferā dedit legē carnalib⁹ hoībus / euāgelicæ doctrinæ omnino cōtrariā: qua maior mūdi pars nunc corrupta deplorat/ & in bestiales plapsa mores. Vnde & ip̄e in Apocalypsi signat noīe bestię: presertim declinatio cap. vbi numerus annorum expresse recenset: ab aduentu dñi nostri in carnē vscq; ad illius tempora transactorū: cū ibidem dicitur. Hic sapientia est. Qui habet intellectū: cōputet numerū bestiæ. Numerus enim hominis est: & numerus elus/ sexcenti sexaginta sex. Quē locū explicat glosa ordinaria & Nicolaus Lyrensis: vna eadēq; sententia eum censem intelligendū de authore sacrilego sc̄te Agarenorum/ spurcissimq; Mahumete. cuius annos ibi expressos ostendunt significari litteris dictiōnis græcę eo in loco positā: scilicet Anthemos/ quę contrariū significat. quia haud dubie ip̄se fuit Christo cōtrarius & antichristus/ aut elus antesignanus & primarius precursor. ¶ Septingētesimus autem numerus pfectā significat requiē: q̄ ex cētenario qui perfectionē signat/ in septenariū quietis numerū ductus: exurgit. Vnde quod dicit Isidorus de numero septenario/ loquēs de Enoch septimo gradu ab Adam distante: hoc modo. Enoch septimus ab Adam placens deo/ qui & translatus est: septimā requiē significat. ad quam transiit; qui tanq; sexta die/ id est sexta ætate sēculi per Christi aduentū formatur. Idem quoq; cēsendū est de septingētesimo ab eo denominato / necnon de septingentis septuaginta septē: triplici denotatione septenarij/ perfectiore quietis rationē designantibus. ¶ Sic octingentenus numerus/ futuræ resurrectionis gerit indicium: q̄ octaua die a mortuis resurrexit Christus / & placidæ itidem quietis in superna cluitate Hierusalem perpetuo habendæ: post peractum iudicium in anima & corpore glorificato. Siquidem hęc intermina quies & fine in nunquam habitura: dicta est iam superius per octonarium designari. ¶ Denique nongentenus numerus perfectam summam trinitatis

666

Apo. 13.

700

Gene. 5.  
Isidorus.

800

Cap. 7.  
900

f. i.

præfert imaginē: quia ex centenario perfectionis indice/ & nonuenario ob reuolutionem ternarii in seipsum dividu[n]æ triadis significationē gerente: consurgit atq[ue] compactus est. Quinimo quoties maioris numeri & in ampliā crescentis summā significacionem querimus: minorē illi respondentem & a quo denominatiōnem sortitur/ attendamus. quoniam consumilis & pene eadē in minori & suo maiori: compertetur designatio.

¶ Millenarij/decē miliū/cētū miliū & mille miliū: spiritualis & mystica tñ scripturis significatio. Cap. XXVII.

1000



Gregorius

Psal. 104.

Augustini<sup>9</sup>

Psal. 89.

Emum millenarius numerus in sacris eloquijs plerumq[ue] consumatam perfectionē absolutāq[ue] significat. vt perlibet beatus Gregorius in ultimo libro moralium: exponens illud verbum libri Job: in quadragesimo secundo capite possum. q[uod] fuerunt ei mille iuga boum / & mille asine. & duplēcē supradictae significacionis causam assignat. Primam sic. Apud sacerdalem quidem scientiā millenarius numerus idcirco perfectus habetur quia denarij numeri quadratū solidum reddit. Decē quippe decies ducta/ fiunt centum: quae iam figura quadrata/ sed plena non est. Ut autem in latitudinem surgat & solida fiat: rursus centum/ decies multiplicantur: & mille fiunt. Secundā vero causam ita exprimit. Sed quia cuncta hæc per sacrae scripturæ celitudinem proficiendū transcendimus: ibi millenariū vnde sit perfectus inuenimus. Millenarius plane numerus in sacro eloquio perfectus accipitur: quia appellatione eius/ vniuersitas designatur. Vnde scriptū est. Verbi quod mandauit in mille generationes. Cum enim nequaq[ue] credendum sit. q[uod] ad centum generationes mundus extenditur: quid altud mille generationibus/ nisi vniuersitas generationum figuratur? Accedit eidem sententiae Augustinus in explanatione psalmi centesimi quarti: & illius eiusdem loci iam expressi elucidatiōc. Mille (inquit) generationes: propter numeri perfectionem pro omnibus intelligendæ sunt. Id est: q[uod] diu generationes sequendo succedit: tam diu mandatū est/ vnuendū esse ex fide. Quod obseruat populus dei / filij promissionis: nascendo vententes/ & mouendo abeuntes: donec omnis generatio finiatur. quod millenario numero significatum est: quia per denarij numeri solidum quadratum decē decies/ & hoc decies: ad mille peruenit. ¶ Interdu[m] & millenarij nūcupatione/ finitus numerus pro infinito ponitur in scripturis. Ut cū dicit psalmus octogesimus nonus. Quoniam mille anni ante oculos tuos: tanq[ue] dies hester-

na que præterit. Et psalmus nonagesimus. Cadent a latere tuo mille. hic enim: copiosa sed numero indeterminata cadentium esse multitudo significatur. illuc vero: Indefinita multorum annorum duratio/ quæ apud deum tanq[ue] dies unus reputatur. Et hæc infinitæ rei per finitam designatio: ipsius millenarij nūcupatione: frequens in sacris litteris occurrit/ vsusq[ue] venit. ¶ Idē quoq[ue] decem miliū nūcupatione designari comperitur: numerosa scilicet multitudo/ certo tamen numero nobis haudquam definita. vt cū dicit psalmus sexagesimus septimus. Currus dei decem milibus multiplex: significatur eo numero teste Cassiodoro/ innumera sanctorū dei multitudo. & psalmus nonagesimus/ dicens. et decem milia a dextris tuis: illi us numeri expressione/ copiosam & minime nobis constantem innuit cadentium a dextris dei turbam. vt etiam author est Cassiodorus. ¶ At vero duodecim milia/ sacratus in Apocalypsi numerus seruorum dei/ & ex singulis tribubus signatorū in frontibus suis: sancta vniuersitas ordinis beatorum coelestis regni insinuat multitudinem. Qui si in seipsum ducatur: constituet quadratū suū/ centū quadraginta quatuor militia/ completū sanctorū numerū: ex singulari tribuū numero conflatum atq[ue] collectum. perinde atq[ue] si duodenarium in seipsum duxeris: consurget illico centenarius & quadragesimus quartus numerus/ eius quadratus. Qui sane numerus centum quadraginta quatuor millum/ tanq[ue] tota signatorum ex duodecim tribubus cōpletas summa: expressus habetur septinio Apocalypseos capite/ itidem & decimoquarto. vbi dilect⁹ deo discipul⁹ in spiritu vident illū sanctorū numerū stantem cum agno super monte Sion/ sanctorū inquam: quos numerus ille significat (vt alt glosa) in virginitate perfectissimos/ & in fide trinitatis ex quatuor mundi partibus collectos. Eiusdem quoq[ue] sacri numeri rationem assignans glosa in septimo eiusdem libri capite: ait. Per duodecim/ habemus eos: qui fide trinitatis in quatuor mundi partibus sunt signati. & vt hos perfectos ostendamus: duodecim per quatuor multiplicamus/ & fiunt quadraginta octo. Ut vero ad trinitatē hæc perfectio referatur: quadraginta octo per tria multiplicamus/ & sic fiunt centum quadraginta quatuor. ¶ Centū nulla vero in scripturis & mille nulla exprimitur: tum ad magnam designandā copiosamq[ue] multitudinem/ tum ad insinuandam perfectionem rei de qua habetur sermo/ q[uod] hic ex ductu denarij in centum milita: ille vero ex denarij ductu in decē milita enascatur. Denarius autem/ cētenarius & millenarius: perfectionis sunt numeri. Nēpe decles decem milita: cōstituunt centum milita, et rursus decles

f. tij.

Psal. 90.

10000

Psal. 67.

Psal. 90.

12000

Apoca. 7.

14 4000

Apo. 14.

100000

1000000

Dani. 7.

Gregorius

Dionysius

1000000

centum milia: cōponūt & aggregant mille milia. De hoc autē postremo numero habet Daniel capite septimo, milia millium ministrabant ei / & decies millies centena milia assistebant ei. Quem locum exponens Gregorius (vt glosa refert ordinaria) ait. Supernorū cluīū numerus: & infinitus / & definitus est. deo nūerabilis: & nobis inumerabilis. Beatus vero pater Dionysius capite decimoquarto de coelesti Hierarchia: de eodem numero differēs ait. At hoc item spirituāl discussiōe & magisterio dīgnū puto: quāobrem scripture sancte traditio de angelis loquēs: milia milii esse dīcat / & decies millies dena milia: supīos huma- nos numeros in seipso inuoluens atq; multiplicās: perq; hos: coelestium substantiarum ordines nobis esse innumerabiles: apertis rationib; pandens. Sunt enim profecto plurimē coelestium militiē spirituū: quā mortalium nostrorum numerorum infirmū breuemq; modū longe transcendant: atq; ab sola sua eminētissima & coelesti intelligentia atq; notione: scitē sint ac diffinitq;. ¶ Vbi obiter annotatu non censetur indignū: omnes quidem libros i priore numero ex septimo Danielis capite ad- ducō conuenire atq; conspītate/ habereq; mille millum minis- strantium ei. qui numerus (vt scite & exācte annotat adieciū supradicto sancti Dionysij loco scholūm) tetragonus est: atq; quadratus ipsius milenarij. quādoquidem mille si in se ducā- tur/dicendo millies mille: constituunt mille milium/sive mille milia/sive millies milia. Nam hæc omnia; sola voce discrepāt. In qua quidem multiplicatione: milenarius/radix est. mille mi- lia vero sive milia milium; eius quadratus. ¶ In secundo vero numero scilicet assīlentiuī ipsi antiquo dīcruīn: diuersi libri iter se multū discrepant. Nempe nōnulli codices habent. & decies centena milia assistebant ei. qui numerus coincidit in summa cum præcedente numero: scilicet millibus miliū. cū decies cen- tu; reddat mille. quēadmodū recte annotat scholū: ad supradictum Dionysij locū adiectū. Et ht libri videri possunt ea in par- te mendosi: q; eundem secundo loco enunciāt numerū: quem primo. cum ex natura copulationis & ratione enunciāndi: alter videatur potius posteriore sententia numerus innut/q; p̄fōre. ¶ Alij vero codices habēt in secūda clausula. & decies millies dena milia: assistebant ei. quēadmodū adducit beatus Dionysius. qui sane numerus: etiā quadratus est (sicut & prioris sen- tentiae numerus) confurgens ex ductu decem milium in seipso. Quare yterq; numerorū a beato Dionysio nominatorū ex Da- nielē: tetragonicus est. prior/ex milenario i se dūcto: posterior vero/ex decem milibus in se reuolutis confurgens. Sunt autē

Dani. 7.

mille & decem milia: supremi rerū humanarū numeri & extre- ma summa. idcirco vt luculēter explicat ibi scholiū: angelicus numerus a Daniele semel & iterū designatus/ supremos huma- nos numeros in seipso cōuolut atq; multiplicat. vt dicit beat⁹ Dionysius. ¶ Tertiū vero codices sacri habent in secūdo illius sententiae Danielis contextu. & decies millies centena milia as- sistebant ei. quēadmodū codices nostri latini: quos habemus in manib; qui sane numerus est omnīū multo maximus/red- dens millies mille milia. cū decies centena: cōstituant mille. & ipsa adiecta millies milibus: haud dubile aggregant millies mil- le milia. Estq; hic numerus/cubicus milenarij: procreatus ex ductu radicis in suum tetragonū. Si enīm mille duxeris in mil- le milia: protinus conficientur millies mille milia. ¶ Verū cum ab unitate/ simplicissimo numerorū principio auspicati: per in- termedios & interstites numeros ad numerosam illam summā millies mille milia complectētem/ determinationem hactenus protraxerimus: complicanda sunt hīc vela. ne ulterius progres- si: in charybdim cōfusionis voraginemq; incidamus. quando- quidē ex his quāe pertractata sunt: facile erit cuiq; conjectare/ adiutriceq; ratione perquirere/ numerorum hic non explicato- rum significationē atq; sacramenta. Enīm sacrarū litterarū amplitudo vt hortus est amenissim⁹: ḥnigenis florū generibus misericordie refertus. vbi quot iueneris numeros (taceo interī alio- rū mysteriorū inibi cōtentorū arcana) tot offēdes spirātissimos & suave olētes flores: animū diuīa cognoscēdi cupidū miro os- dore spūaliter reficiētes. Itaq; hīc ingressus hortū decerpī alia- quātos numerorū flores: nō insuaues plane aut ilucūdos. Vtq; suā diffundāt fragrantia/ & gratū i oēs spargāt odorē: eosdē la- tius explicui. Nō tamē cūtōs me decerpisse flores hūi⁹ hortū redolētissimi: quispiā crediderit. Ingrediatur quicūq; volet hīc paradisi volūptatis: inueniet q̄plūmos esse relētos flosculos quos adhuc decerpāt/ & alios tam dulci odore imbuat ac re- creet. Omnisbus sane patet hūi⁹ hortū ingressus/ & datur facul- tas hos īmarcessibiles numerorū flores decerpēti: in quorū cer- tātē curratur odorē/nam cōficiunt vnguentū optimū. Ceterū dedita opera in hac florū collectōe citauī sacros authores/ex- planatiōes glosarū/ & loca scripturarū: i quibus numerorū qui declarabantur siebat mentio. ne meo sensu aut iudicio videret numerorū significationes cōfigere: sed aliorū authoritate nū- xus/a p̄fīcis positas explicate. nolui enim transgredi antiquos terminos: quos posuerūt patres nostri. Demū cū numeros quē- vis explicādi per digitorū cōiunctiones/ flexiones/ atq; certas E. filij.

Prouer. 22

quasdam positiones / rationē atq; modum ab antiquis obser-  
uatum (vt pollici sumus) demonstrauerimus: huic nostro in-  
stituto extremam manum imponemus/receptuq; canemus.

**¶** Quomodo antiqui/numeros omnes per certas dīgitū  
figurationes: significare sunt soliti. **Cap. XXVIII.**

Voniam sicut in vicesimo secūdo capite dī-  
ctū est/ illa Hieronymi verba: quibus euāge  
licam de cētesimo/ sexagesimo & tricesimo  
fructu semint facti in terram bonam/para-  
bolam exponit/ibidem adducta: citra certā  
in digitis numerandi rationem plene perdi-  
pi non possunt, similiter alia multa sancto-  
rum patrum dicta superflus posita / & alijs  
quoq; locis passim occurrentia/ab illa in digitis numerandi re-  
gula ita pendent: vt sine eius cognitione vix bene queant in-  
telligi. Idcirco quae de illa explicandorū numerorū arte per dī-  
gitūrū notas & signa/a venerando patre Beda imprīmis docto-  
sacerdote/ & in sacrarū litterarū lectione admodū exercitato/  
litteris mandata fuere:ad verbū hic describemus: quo permul-  
ta authorum loca alloqui subobscura/dilucidius capi valeant.  
**¶** Cū dīcis (Inquit) vñū: mīnīmū in leua dīgitū inflectens / in  
mediū palmæ locū figes, Cū dīcis duo: secundū a mīnīmo fle-  
xum ibidē impōnes. Cū dīcis tria: tertū similiter inflectes. Cū  
dīcis quatuor: itidem mīnīmū leuabīs. Cū dīcis quinq;: secun-  
dum a mīnīmo similiter eriges. Cum dīcis sex: tertū nichilos  
minus leuabīs / eo solo qui medīcus appellatur in mediū pal-  
mæ fixo. Cum dīcis septem: mīnīmū solū supra palmæ radicē  
cæteris inter/in leuatis impōnes. Luxta quē/cū dīcis octo: me-  
dīcū. Cum dīcis nouē: mediū e regione compones. **¶** Cū dīcis  
decem: vnguem indicis in medio figes articulo pollicis. Cum  
dīcis vīgintī: summitatē mediū dīgitū inter nodos pollicis &  
indicis arcte figes. Cum dīcis trīginta: vngues indicis & pollicis  
blando cōlungenes amplexu. Cum dīcis quadraginta : interiora  
pollicis lateri vel dorso indicis superduces / ambobus dūtaxat  
erectis. Cū dīcis quīnqua ginta: pollicē exteriore articulo instar  
græcae litteræ gāma γ curuatum ad palmā inclinabis. Cum dī-  
cis sexaginta: pollicē vt supra curuatum indice circūflexo dī-  
gēter a fronte prēciges. Cū dīcis septuagita: indicē vt supra cī-  
cūflexū pollice in longū tensō implebis/vngue illius dūtaxat  
erecto trans medium indicis articulum. Cum dīcis octoginta:  
indicēm vt supra circumflexum pollice in longum extenso  
implebis / vngue videlicet illius in medium indicis articu-



Ium fixo. Cum dīcis nonaginta: indicis inflexi vnguem radī-  
ci pollicis erēcti infiges. Hactenus in leua. **¶** Cētū vero in de-  
xtra: quomodo in leua decem facies. Ducētēna in dextra: quo-  
modo vīgintī in leua. Eodem modo & cetera vīsq; ad nongen-  
ta. **¶** Item mille in dextra: quomodo vñū in leua/sinistraq; ma-  
nu. Duo milia in dextra: quomodo duo in leua. It cetera vīsq;  
ad nouem milia. **¶** Porro decem milia cum dīcis: leuam i me-  
dio pectoris supinam appones: dīgitis tantum ad cōlū erēctis.  
Vīgintī milia cum dīcis: eādem pectori expansam late superpo-  
nes. Trīginta milia cum dīcis: eādem pronā sed erēcta pollicē  
cartilagini mediū pectoris immittes. Quadraginta milia cum  
dīcis: eādem in vmbilico erētam supinabis. Q uīnqua gī-  
ta milia cum dīcis: eiūsdem pronā sed erēcta pollicē vmbil-  
ico impōnes. Sexaginta milia cum dīcis: eādem pronā femur  
leuum desuper comprāhendes. Septuaginta milia cum dīcis:  
eādem supinam femori superimpōnes. Octoginta milia cū dī-  
cis: eādem pronam femori superpones. Nonaginta milia cum  
dīcis: eādem lumbos comprehendes/ pollicē ad īma verso. **¶** At  
vero centum milia/ ducentā milia/ & cetera vīsq; ad nongenta  
milia: eodem quo dīximus ordīne/in dextra corporis parte cō-  
plebis. **¶** Decles autem centena milia cum dīcis: ambabus sibi  
manibus cōserratis/inulcem dīgitos implicabis. **¶** Hæc quae pri-  
scum antiquorum morem in explicandis certo dīgorum ma-  
nuumq; situ & flexu numeris ostendunt/ adlecta sunt strīctior  
et breuiter: non tam vt eis vtamur/q; vt ipsa cognoscam⁹. Enī  
vero illorum vīsus non est nobis apprīme necessarius: qui & vo-  
ce et scripto expeditius quemlibet numerum/ q; flexibus illis &  
signis exprimere possumus. Cognitio vero illorum magnopere  
nobis conduit: vt ipsorum admīniculo & prāsidio tuuemur  
ad intelligenda sacrorum authorum scrip̄a. quae hīs ignoratis:  
abstrusa sunt/ inuoluta ac imperata. eaq; vīa & mysticis itidem  
numerorum sacramentis ducamur ad eū perfēctus agnoscēdū/  
synceritusq; colendū: qui omnīs numerus est atq; mensura. Cut  
sit honor & gloria in sempiterna sēculorum sēcula. Amen.

**¶** Opusculi de mystica numero-  
rum significatione/  
finis.

## Index capitum praesentis opusculi.

- ¶ Quid unitas/numerorum fons & origo designat. Cap. I  
 ¶ Quid binarius in scripturis insinuat. II  
 ¶ Spiritualis/ ternarij in sacris litteris intelligentia. III  
 ¶ Quid sacramenti quaternarius continet. III  
 ¶ Mystica quinarius et senarius designatio. V  
 ¶ Quid septenarius continet mysterij. VI  
 ¶ Adhuc de septenario:& simul quid octonarius in scriptura representat. VII  
 ¶ Nouenarius & denarius mystica explicatio. VIII  
 ¶ Quid significatio in factis litteris continet numerus unus denarius & duodenarius. IX  
 ¶ Quid decimustertius numerus & decimusquartus: mysticū designant in visu sacrarum litterarum. X  
 ¶ Quinti supra decimum/ itidem et sexti numeri: mystica expostio. XI  
 ¶ Septimi & octauj supra denarium numeri: mystica & spiritualis descriptio. XII  
 ¶ Noni supra denarium numeri/ & vigenarij: mystica significatio. XIII  
 ¶ Numerorum vigenarum continue sequentium/ primi/ secundi & tertii: spiritualis interpretatio. XIV  
 ¶ Quid mysterij: vicesimus quartus numerus itidem & vicesimus quintus/in se continet. XV  
 ¶ Quid trigenarius mysticę rationis habeat. XVI  
 ¶ Mystica quadragenarius significatio; atq; ampla illius ex scriptura commendatio. XVII  
 ¶ Quid mysticum: numerus quadragesimus secundus et quadragesimus sextus insinuant. XVIII  
 ¶ Quid spiritualis significantiae numerus quinquagesimus in scripturis habeat. XIX  
 ¶ Quid sexagenarius numerus/septuagenarius et septuagesimus secundus: in scriptura mysticum significant. XX  
 ¶ Septimi supra septuagenarij & octogenarij numeri: mystica representatio. XXI  
 ¶ Nonagenarius numeri similiter & centenarius: in scripturis visata significatio. XXII  
 ¶ Quid centesimalis duodecimus numerus/itidem & post centenarium vicesimus: mysticum signent. XXIII  
 ¶ Quid mysterij: centenarius quinquagenus /et centenarius quinquagenarius ternarius/in scripturis habeant. XXIV

- ¶ Quid ducentenus numerus/ trecentenus/ quadringenitus & quingentenus: in scriptura designant. XXV.  
 ¶ Quid item sexcentenus numerus/septingenitus/octingenitus & nongentenus: in scripturis insinuant. XXVI  
 ¶ Millenarius/decem millum/centum millia/et mille milia: spiritualis & mystica in scripturis significatio. XXVII  
 ¶ Quid uomodo antiqui: numeros omnes per certas digitorū & manuum figuraciones/significare sunt soliti. XXVIII

## Indicis capitum huius libri/finis.

### Mysticę significatio numerorum epilogus: ac compendiaria recollectio.

- Folio.  
 ¶ Monas/ipsius est unitatem/ habitudinemque ad creatureas: & amoris inter homines unionem designat. 3.  
 ¶ Binarius/duo praecepta dilectionis/mutuam hominum societatem: necnon distinctionem/discretionemque rerum insinuat. 5.  
 ¶ Ternarius: triadis diuinarum personarum/insuper et virtutis theologicarum: triplicis itidem legis dei/& perfectionis rerum est significatiuus. 6.  
 ¶ Quaternarius: sanctorum euāgelistarum multis figuris praesignatorum/ & virtutum etiam cardinalium est index. 8.  
 ¶ Quinarius: pētaie heuci/praeceptuorum etiam Christi vulnerū/ insuper & sensu corporis nostri gerit expressionē. 10.  
 ¶ Senarius: creationis ac reparations humanae/ completionis operū/ac laborandi in haec vita; est nota & signum. 10.  
 ¶ Septenarius: quietis cum deo post laborem futuræ/ septiformis spiritus/ ac uniuersitatis rerū præfert indicium. 12.  
 ¶ Septenarius itidem totam præsentis vitę durationē/ & veteris testamenti statum nonnūq; significat. 12.  
 ¶ Octonarius: future resurrectionis diem/ & eternam sanctorum deinde requie/nouaq; testamenti gratiam denotat. 13.  
 ¶ Nouenarius: angelicorum spirituum ordines/horā transitus Christi in cruce/ ac defientiam a perfectione demonstrat. 14.  
 ¶ Denarius: nunc rerum uirtutem/ nunc decalogum/ interdum vero cōpletū electorū numerū ac mercedē idicat. 14.  
 ¶ Undenarius: transgressionem decalogi & peccatum/ nonnū vero nouissime a deo vocatos ad salutē/explimit. 15.

**D**uodenarius: sacrum apostolorum numerum multis praesuratum modis: & vniuersitatem itidem rerum designat. 15.  
**T**ertius supra decimum numerus: tñ vtriusq; testameti simul/ tum apparitionis Christi ad g̃etes/cotinet sacramentum. 17.  
**D**eclimus quartus/duplicatum spiritus sancti munus/ aduentū Christi in carnem/& immolationē in cruce:mystice signat. 17.  
**Q**uindenarius/modo vtriusq; testameti simul sumptus modo spiritualis in cœlos ascensus per cantica graduū:est indicium. 18.  
**D**eclimus sextus/cum veteris testamenti prophetas/tum noui apostolos & euangelistas:sua summa complectitur. 18.  
**S**eptimus supra denariū numerus/vtriusq; testamenti mysteria/neon baptinalis lauachri sacramentum denotat. 19.  
**D**ecimus octauus / liberationis a malo beneficū a deo suscep-  
tum:& perfectionem operū i trpli c̃is legis statu/designat. 19.  
**D**ecimus nonus/vtriusq; testameti simul mysteria significat:  
neon angelicum præsidium dei mandata seruātibus semper  
paratum. 20.  
**V**iogenarius/vnum vtriusq; testameti authorē/& obseruationē  
nēmādatorii dei cū geminę dilectionis affectu:innuit. 20.  
**V**igesimus primus/subsidium post tribulationē a deo ipetratum:& humanę perfectionis absolutionem insinuat. 21.  
**S**ecundus supra viogenarū/facros veteris testameti libroſ/se-  
cundū hebraicū litterarū numerum sumptos/cōplectitur. 21.  
**V**icesimus tertius:perfectionē sapientiae/litterarū latinarū admini-  
culo traditae:simul & humanę salutis cōplementū exprimit. 21.  
**V**icesimus quartus:sacrum deo seruientium cōtū/ neon do-  
ctorum vtriusq; testamenti collegiū/mystice continet. 21.  
**V**icesimus quintus/modo stabilitatē honorū in virtute: mo-  
do prauotum in malitia obdurationem ostendit. 22.  
**T**riciesimus/vitam coniugalem atq; fructum eius: neon ma-  
turam arduorum operū aggressionem/suo calculo mōstrat. 23.  
**Q**uadragenarius/decalogi cum euangello cōpletionē/ pec-  
catorum exclamationē/ pœnitentiæ tempus simul & ieiunij re-  
presentat. 24.  
**Q**uadragesimus secundus: peregrinationē huius vitæ/ Christi  
ad nos in carne descensum/& expectationem nostri ad pœnitentiā  
notat. 25.  
**Q**uadragesimus sextus/habitationis Christi in castissimo vir-  
ginis matris vtero/& morē illius imansionis: index est et signifi-  
catio. 26.  
**Q**uinquagesimus:relaxatiōis peccatorū/quietis æternę vitæ  
ob annū iubileū/& geminę dei legislationis est indicium. 26.

**S**exagenarius: individualis cœlbatus atq; cotinetiae/ perfectęq;  
obteruationis decalogi/nota est et expressio. 28.  
**S**eptuagenarius:annos Babylonice captiuitatis definitę/to-  
tum presentis vitę curriculū tēporūq; decursū insinuat. 28.  
**S**ecundus post septuagenarium numerus/totidē Christi dis-  
cipulorū nonnullis ante figuris signatorū: p̃fert indicium. 29.  
**S**eptimus supra septuagenarium:nunc vniuersalē peccati rea-  
tum designat. nūc vero generationum a Christo baptisato ad  
deū/ summam continet. 30.  
**O**ctogenarius:cū circuncisionis antiquę legis/ tum euange-  
licę gratię decalogo coniunctę significationem obtinet. 30.  
**N**onagenarius interdū diuina trinitatis/nonnunq; vero fo-  
cunditatis animę in honorū operum fructu:est significatiū. 31.  
**C**entenarius:perfectionis atq; cōpletōis terū/necnō mercedis  
sanctorū in cœlo/virginalisq; fructu gerit imaginē. 31.  
**D**uodecimus post centenariū:totius sanctorū in coelesti clu-  
tate multitūnis/habet expressionē atq; significantiam. 32.  
**V**iogenarius supra cētenarium:tempus pœnitētię hominib⁹  
ante diluvium concessū/vtriusq; legis formā/et eternam beatitudo-  
dinem indicat. 33.  
**Q**uinquagenarius post centenū numerus:totā psalmorū sū-  
mam/& vtrūq; legis dilutę testamentum complectitur. 34.  
**C**entesimus quinquagesimus tertius:sanctorū electorum ecclē-  
sia i cœlo beatā/p̃fiscū post resurrectionē capturā/exprimit. 35.  
**D**ucentenus numerus:perfectionem bonorum operum/ ra-  
tionalisq; rerū creatarū disciplinę cognitionē demōstrat. 36.  
**T**recentenus:sensus vtriusq; hominis iā represso/sanctae in-  
super trinitatis cognitionē/crucisq; mysteriū representat. 36.  
**Q**uadringentenus:durae seruitutis populi Israelitici in Aegy-  
pto:& oppressionis hominū sub iugo peccati est expressiū. 37.  
**Q**uingtonentenus/perfectionē quietis/que post duros hui⁹ vi-  
te labores in cœlo p̃statur:spiritualiter figurat. 37.  
**S**excentenus:perfectionis operum/item et sex mundi etatū/  
(quemadmodum & senatus)prefert imaginem. 37.  
**S**excentenus sexagesimus sextus:interuallum ānorū ab ad-  
ventu Christi vsq; ad bestialis Mahometis ortū/explicat. 38.  
**S**eptingentenus numerus: p̃fectę quietis/exanclatis huius  
mundi laboribus futurę: demonstrationē habet. 38.  
**O**ctingentenus: futurę resurrectionis& perpetuę post cā/re-  
quietis/iutorum/gerit indicium & notam. 38.  
**N**ongentenus:perfectam summę trinitatis/quantum i crea-  
turalis conspicua est atq; specabilis:representat imaginem. 38.

¶ Millenarius nunc consumatam perfectionem & absolutam:  
nunc vero rem infinitam finito expressam numero declarat. 38.  
¶ Decē milia: infinitā etiā rem p̄ finitā designādi & indetermini  
natū numerū per determinatū: habet officiū et usum. 39.  
¶ Duodecim milia ex singulis signata tribubus: sacram ynlus  
ordinis beatorum insinuant multitudinem. 39.  
¶ Centum quadraginta quatuor milia: totam ex duodecim tri-  
bubus signatorum turbam/ cunctumq; celestis curiē cōtum  
comprehendunt. 39.  
¶ Centum milia & mille milia: summam culusq; rel multitudi-  
nem qua de fit sermo/ completam itidem rerum perfectionem  
explicant. 39.

¶ Epilogi/mysticas numerorum signifi-  
cationes strictim complecten-  
tis/finis.

¶ Expletum est hoc opusculum & ex officina emis-  
sum/in alma Parisiorum academia: anno domi-  
ni (qui omnia numero definitiuit) decimoter  
tio supra millesimū & quingentesimū/  
decimasexta die Decembri. Per  
Henricū Stephanū/artis excu-  
sorię libroruſ ſedulū & indu-  
ſtriū opificē/e regione  
ſcholę Decretorū  
habitan-  
tem.

¶ Omnes codices preter b/qui duernus eſt: ſunt qua-  
terni.

¶ Antonij Rufi Vaccariensis/ad lectorē:  
dodecastichum carmen.

¶ Lucida qui certo numero complectitur astra:  
Appellans eadem/nomine quodq; suo.  
Gramina qui terre/maris et discernit arenas:  
Qui numerat toto quicquid in orbe ſitum.  
Aedidit is sanctæ diuina volumina legis:  
Nec voluit numeris illa carere ſuis.  
Hisce notas sacras & mystica ſenſa recondi:  
Sanctorum referunt dogmata prisca patrū.  
Quorum dicta breui p̄fens sermone libellus  
Colligit:& numerus quid notet omnis/habet.  
Hunc igitur crebro lector ſtudioſe reuolue:  
Quo ſit aperta magis pagina ſacra tibi.  
Vale.